

**INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE**

---


**E L E M E N T A  
AD FONTIUM EDITIONES  
LXIII**

**DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO  
AD POLONIAM SPECTANTIA  
XXXI PARS**

**Ostpr. Fol., vol. 45, 53, 54, HBA, B, K. 1173, a. 1549-1550.**

**ediderunt**

**CAROLINA LANCKOROŃSKA et LUCIANUS OLECH**



**NON EXTINGUETUR**

**R O M A E 1 9 8 6**

**INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE**  
**VIA VIRGINIO ORSINI 19 - ROMA**

---

IAM PRIDEM ROMAE PRODIERUNT HAEC VOLUMINA

(continuatio *Studia Teologiczne* — Wilno, vol. I-X):

- XI — MEYSZTOWICZ V., *Repertorium bibliographicum pro rebus Polonicis Archivi Secreti Vaticani*. Vaticani, 1943.  
XII — MEYSZTOWICZ V., *De Archivo Nuntiaturae Varsaviensis quod nunc in Archivo Secreto Vaticano servatur*. Vaticani, 1944.  
XIII — SAVIO P., *De Actis Nuntiaturae Poloniae quae partem Archivi Secretariatus Status constituant*. Romae, 1947.  
XIV — MEYSZTOWICZ V., *Prospectica descriptio Archivi Secreti Vaticani*. (Ed. chirotypica, exhausta).
- 

ANTEMURALE, I-XXVII, Romae, 1954-1983

---

ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES

- I — *Polonica ex Libris Obligationum et Solutionum Camerae Apostolicae*. Collegit J. LISOWSKI, pp. XV+292, 704 doc. (A.D. 1373-1565), 1960. (Archivum Secretum Vaticanum).  
.II — « *Liber Disparata Antiqua Continens* » Praes. E. WINKLER, pp. XVIII+190, 281 doc. (ante a. 1424), 19 facs 1960. (Archivum Secretum Vaticanum).  
III — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, I pars. Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, XVIII+162, 1144 doc. (A.D. 1565-1787), 29 tab. 1961.  
IV — *Res Polonicae Elisabetha I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+311, 166 doc. (A.D. 1578-1603), 9 tab., glossarium verb. ang. ant., 1961.  
V — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Dragonetti de Torres in Civitate Aquilana*. Ed. P. COLLURA, pp. XI+86, 483, doc. (A.D. 1568-1682), 4 tab., 1962.  
VI — *Res Polonicae Iacobo I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XI+396, 281 doc., (A.D. 1603-1629), 8 tab., glossarium verb., ang. ant., 1962.  
VII — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, II pars., Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. XVI+250, 1205 doc. (A.D. 1641-1676), 11 tab., 1962.  
VIII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. X+214, 157 doc. (A.D. 1514-1576, 1720-1791), 7 tab., 1963.  
IX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, I pars. Coll. L. KOCZY, pp. XII+184, 98 doc. (A.D. 1526-1572), 8 tab., 1964.  
X — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, III pars. Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. XVI+, 1399 doc. (A.D. 1568-1676), 12 tab., 1964.  
XI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, II pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VIII+287, 214, doc. (A.D. 1567-1579), 7 tab., 1964.  
XII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, III pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. V+291, 163 doc. (A.D. 1571-1576), 5 tab., 1964.  
XIII — *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici*, I pars., Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+175 (A.D. 1598), 2 tab., 1965.  
XIV — *Collectanea ex rebus Polonicis Archivi Orsini in Archivo Capitolino Romae*, I pars. Ed. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. VI+234, 177 doc. (A.D. 1575-1668), 4 tab., 1965.  
XV — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, IV pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VI+340, 211 doc. (A.D. 1576-1587), 5 tab., 1966.  
XVI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, V pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VII+336, 227 doc. (A.D. 1587-1590), 5 tab., 1966.  
XVII — *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici*, II pars. Ed. C. H. TALBOT, pp. VII+311, 169 doc. (A.D. 1411-1616), 2 tab., 1967.  
XVIII — *Collectanea ex rebus Polonicis Archivi Orsini in Archivo Capitolino*, II pars. Ed. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. VIII+256, 140 doc. (A.D. 1669-1676), 4 tab., 1968.





**INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE**

---


**E L E M E N T A  
AD FONTIUM EDITIONES  
LXIII**

**DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO  
AD POLONIAM SPECTANTIA  
XXXI PARS**

**Ostpr. Fol., vol. 45, 53, 54, HBA, B, K. 1173, a. 1549-1550.**

**ediderunt**

**CAROLINA LANCKOROŃSKA et LUCIANUS OLECH**



**R O M A E 1 9 8 6**

SUMPTIBUS  
FUNDATIONIS  
LANCKOROŃSKI  
FRIBURGI HELVETIAE

EDIDIT:  
INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE  
VIA VIRGINIO ORSINI, 19 - ROMA

## I N D E X   R E R U M

Introductio . . . . .	Pag.	VII
Abbreviations . . . . .	»	VIII
Textus . . . . .	»	3
Elenchus epistularum . . . . .	»	171
Index personarum et locorum . . . . .	»	177



## *INTRODUCTIO*

*Hoc LXIII volumine Elementorum ad Fontium Editiones, id. est XXXI seriei nostrae «Regiomontanae», quod est directa continuatio voluminum praecedentium, publici iuris fiunt 276 epistulae, ab Alberto in Prussia duce annis 1549-1550 ad omnis fere status et conditionis personas, praesertim in Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae habitantes, datae. Quas personas maximam partem easdem esse facile perspicimus, quae ex antecedentibus voluminibus iam nobis notae sunt. Maximum epistularum numerum, nec mirum id quidem, Sigismundus Augustus rex Poloniae accepit (45), ad regiam Bonam 21 epistulae datae sunt, totidem scriptis Gabriel Tarlo a duce dignatus est. Inter epistulas ad Tarlo datas hic quoque aliquot chirographa ducis inveniuntur (cfr. Introductionem voluminis LXII).*

*Praeter alia argumenta, quae iam in scriptis volumine proxime praecedenti publicatis abunde tractabantur, in his quoque epistulis non parum loci datur propositis ducis matrimonialibus, imprimis autem servido eius desiderio se cum sorore regis natu minore, principe Catharina, matrimonio iungendi (de qua re fusius in Introductione voluminis LXII). Rex tamen, multis et longis interpositis dilationibus, nolens fortasse nimis duro responso animum ducis vulnerare, sororem ei in matrimonium dare noluit.*

C.L.

## ABBREVIATIONES

Conc.	Conceptum
El.	Elementa ad Fontium Editiones
H B A	Herzogliches Briefarchiv
K.	Kasten
M.D.L.	Magnus Ducatus Lithuaniae
Ostpr. Fol.	Ostpreussische Folianten
R.P.	Regnum Poloniae

**TEXTUS**



# 1549

N. 3282.

S.l., 2.I.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Bonae reginae Poloniae*

*ei et filiabus faustum novi anni exordium felicemque exitum exoptat; pisces aliquot ex lacubus suis silvestribus dono mittit.*

(Latine)

Cfr. El. XXXI, N. 451.

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 751-752.

N. 3283.

Neidenburgi, 3.I.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,*

*se non libenter audire nuntiat de quibusdam actionibus, regi in ipso regni initio imputatis; de vera Martini Cromeri Roman missione dubitat suspicaturque eum non tam sua, quam aliorum causa Romae fuisse; rogat, ut de finali responso [in negotio suo matrimoniali] apud regem instet, se enim firme sibi persuasum habere omnia in hoc negotio ex rege pendere.*

Autogr.

HBA, B, K. 1173.

Lieber freunt Derla.

Ich schicke euch hiemit bey meinem platner ewern renzeug anzustossen, und so er euch gerecht, kunt er in kurcz vertig werden. Het leiden kunnen, so es ewer gelegenheit, ir weret hie bey mir gewest, das ich selbst sehen mogen, wy gerecht er euch were, domit, so es gut, also haben wolte und lustig auch zur zeit meiner freude euch beweisen kunnen, do ich auch gern rustmeyster sein wolte. Weil aber mir nun ein lange zeit kein schreiben von euch worden, dy hendel auch widerwillisch sich zutragen, weis ich nicht gern erfahren, das man meinem hern auflegen solt und das mit warheit, das unbestendige hendel bey s.mt. anhebender regirung vermerckt solten werden. Den was es bey andern, do ich solche hendel erfahren, frucht geboren, ist mir zum theil bewust. Ich hoff aber nicht, das ich ursach zu solchem gewe, den ich mich durch euch vernemen lassen, wy mein

schreyben melden, das ich nit zu beschuldigen gutes rates nicht volgen wollen. So bin ich ie auch vertrostet, wo ich in dem val volge, sol es kein not haben. Nun aber weis ich nicht, was man mit dem boten zu Romb vorhat; halt wol, er sey meinenthalb nicht so ser als andern zu dinen, zu Romb gewest, do ich gleichwol erfare meiner wy Pilat im Credo gedacht; do ich doch mich nit versehe, das k.mt. befelich, den wo er meiner nit basser het gedencken wollen, als das er mich ein kerczer<sup>2)</sup> gerumet, dy oren der zuhorer gegravet und nu faforabilemz<sup>2)</sup> iudicem zeugen wollen, het es auch wol unterlassen kunnen.

Ich erinder mich auch des schreibens, so ir aus befelich an mich zumb ersten, pald wy sich der handel angefangen, gethon, das dy geistlichen hindern, doch darzu geseczt, es sol aber nit schaden etc. Daraus ich noch schopfe, es gehe noch also zu, und wil mich auch nit lenger aufzihen lassen, sunder bitte noch, wy in vorigem schreiben, ir wollet auf ein entliche antwort handeln, den ich verlas mich noch auf sollich schreiben und sehe, das alleint an meinem hern leit, der sagen kan: ich habs im zugesagt, ich wil halten. Wil sich aber k.mt. andre furen lassen, in aufschuben ligen, mus ein verstandiger, der ich nit bin, urtheilen; das mans also mit dem aufzihen meine, mir nichts gewen wolte, so hoffe ich auch, man werde mir in ungnaeden nicht abnemen aber verargen, das ich mein heyl an den orten suche, do ich des aufschubes nit bedarf und wil mich Got befelen. Werde auch mussen dencken, das schreiben, darin man mir rite, ich solt vorderlich mich widerumb verehelichen, hab sich verendert, und werde phileicht lieber gesehen, das dy jungern heiraten, wol myr also ein nasen machen.

K.mt., meinem g.h., schicke ich hiemit mein eigen schurcz und ermel, auch den panczerhals, den ich im krig und sindther selbst gefuret. Ab der kragen nun nicht so gar klein von zeug, ist er doch gut, und wunsche k.mt. mit erbitung meiner armen, doch schuldigen diinst ein gluckseligs newes iar und das es s.k.mt. anderst, auch glucklicher, den das vergangen iar, sey fruch[t]par zum loblichen cristlichen regeme[n]t, gesuntheit, ewiger und zeitlicher wolfart. Amen.

Euch wunsche ich nit weniger und schicke euch auch schurcz und ermel, so gut ich sy diser zeit gehabt. Bitte, wollet euchs gefallen lassen und, wy alwegen, mein bestes wissen, Bohibel gleichmessig wunschen und grussen, und seyt Got befolen. Eylents Neidenpurgk, den 3 Januarii anno 1549.

Albrecht marggraff und herczog etc.

2) sic in ms.

N. 3284.

[Neidenburgi], 3.I.1549.

*Albertus dux in Prussia  
Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,  
arma, hastiludiis apta, una cum armifactore mittit, ut, si minus placerent,  
extremam manum eis imponat.*

(Germanice)

Cfr. El. XLIII, N. 81.

Ostpr. Fol., vol. 45, f. 34.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*notum facit legatum a regina matre ad se missum esse sibique significasse  
eandem reginam a rege petisse, ut negotio suo matrimoniali [cum regi-  
nula Catharina] finem tandem imponeret nullamque amplius moram in  
eo iniceret; clemens ac definitum responsum ea in re exorat.*

*Conc., HBA, B, K. 1173 (in Ostpr. Fol. deest).*

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

a) Alteris iam literis obsignatis<sup>a)</sup>, venit ad me Sacrae Regiae Vestrae Maiestatis parentis Serenissimae<sup>1)</sup> legatus, per quem me certiores Sacra Reginalis Sua Maiestas fecit, quod ad S. Regiam Vestram Maiestatem nuntium miserit petieritque, ut S. Regia Vestra Maiestas his nuptiis<sup>2)</sup> finem imponata<sup>a)</sup> nullamque dilationem amplius faciat<sup>a)</sup>. Cum igitur S. Regiam Vestram Maiestatem non lateat, quo authore primum animum meum huic negotio adiecerim, quamque a)clementer, benevole ac perhumaniter S. Regia Vestra Maiestas<sup>a)</sup> inclitique tam spirituales, quam saeculares Regni ordines in hoc consenserint, quidve promiserint, supplex oro S. Regiam Vestram Maiestatem, velit, his omnibus bene consideratis, me certo, clementi ac definito per praesentium exhibitorem responso dignari et a)his sollicitudinibus, quod enixe contendō, tandem levaria<sup>a)</sup>, [ut] meb) quieti dedam. Id fide mea, Deum testor, candida promeritrum me recipio. Datum.

Commissio Principis  
Relatio Cancellariae.

*In dorso: Regi Poloniae, 8 Ianuarii.*

a-a) *in margine.*

b) *sequitur expunctum: tandem*

1) *regina Bona.*

2) *scil. cum sorore regis, reginula Catharina.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*de dissensione, in Comitiis inter regem et Regni proceres ac nuntios terrarum  
suborta, dolet et imprimis regem ad lenitatem et mansuetudinem erga sub-  
ditos hortatur; de tanta mora, in negotio suo matrimoniali cum sorore  
regis innecta, queritur et nuntiat, rebus sic stantibus, se muneras sui duce-  
re, ut ad quaerendam uxorem se alio convertat; rogat, ut rex futuram  
coniugem suam regia gratia complectatur et, si se prius mori contigerit,  
uxorem suam et liberos sub regium patrocinium et defensionem suscipiat.*

*(Adsunt 2 conc. Lat. et 1 Germ., HBA, B, K. 1173)*

*Ostpr. Fol., vol. 81, Heiml. Reg., ff. 503-515.*

Copia literarum nomine Principis Prussiae ad Regem Poloniae scriptarum 8 Ianuarii 49.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Reddidit mihi Magnificus Dominus Palatinus Marienburgensis<sup>1)</sup> S.

Regiae Maiestatis Vestrae literas, summoque studio ac diligentia tam ea, quae secretius, quam quae per instructionem illi datam ad me referri S. Regia Vestra Maiestas voluit, exequutus est. Atque haec omnia ea, qua debui, subiectione ac reverentia accepi probeque intellexi. In primis autem S. Regiae Vestrae Maiestati officiosissimas ago gratias, quod me nihil eorum, quae in Comitiis gesta sunt, celare dignata sit, actis omnibus clementer ad me transmissis, ex quibus quidem ea intellexi, quae partim dolorem sane mihi maximum, partim mediocrem levationem attulerunt. Nam dissensionem inter Vestram Regiam Maiestatem et proceres Regni atque nuntios terrarum subortam esse et ob eam causam, rebus infectis ac in Regno periclitantibus, discessum esse ex Comitiis, gravem sane maerorem et incredibilem animi perturbationem attulit. Quid enim hoc tempore accidere potest tristius, quid perturbatius ac funestius, quo alioquin gravis tempestas universum pene orbem terrarum concutit et affligit, quam dissidium in hoc Regiae Vestrae Maiestatis Regno exoriri? Posita sunt exempla ante oculos nostros, qui rerum publicarum motus, qui tragicci exitus, quae calamitosa rerum facies passim in variis vicinarum gentium locis ex intestinis dissensionibus nata sit.

Haec si quem non movent, si non perturbant animos, qui haec intuentur, cum similia dissidiorum semina inter socios oriri conspiciunt, eum ab omni sensu humanitatis alienum dixerim. Me sane haec eo gravius angunt, quo propior et coniunctior iis sum, in quibus haec agitari video. Pertinet enim pars aliqua eius nascentis mali (quod Deus clementissimus confestim obruere dignetur) ad me quoque, qui huius incliti Regni Poloniae membrum me profiteor. Quamobrem tantam quoque sollicitudinem mihi circumdat tantamque maestitiam et anxietatem gignit, ut merito me ex imo pectore Vestrae Regiae Maiestatis vices atque totius florentissimi Regni impendentes clades vehementer dolere<sup>a</sup>) atque metuere oporteat.

Rursus vero cum eam commendationem officiorum, studiorum, denique fidei et subiectionis, quam subditi Regiae Vestrae Maiestatis praestitent, considero, qua sanguinem et vitam etiam suam pro Vestrae Regiae Maiestatis dignitate profundere se velle testati sunt, non exiguum levationem doloris accipio adeoque gratulor Vestrae Regiae Maiestati, quod subditos ea propensione animorum erga S. Maiestatem affectos cognoverit. Cumque non dubitem, quin eum animum constanter servatur sint, in spem adducor fore, ut Dei singulari ope et auxilio iidem subditi propediem omnibus in rebus in communem concordiam cum Vesta Regia Maiestate omnibusque Regni proceribus concessuri sint. Idque ut fiat, Christum Iesum Filium Dei, omnis pacis ac salutis humanae verum authorem, ardenti pectore invoco et precor. Quod autem in his turbulentissimis rebus Regia Vestra Maiestas meum consilium desiderat, agnosco et ingenu fateor longe me ingenio et viribus inferiorem, quam ut in his tam arduis et periculis rebus salutare consilium praestare queam. Nec sane exacte intelligo, quid quibusve de rebus consilium, si quid e dignitate Vestrae Regiae Maiestatis atque e Republica mihi divinitus suggestum fuerit, proferre debeam. Repentina enim atque insperata haec causa est, in qua multa confusanea, omnia fere plena periculis, nihil definitum aut certis metis circumscriptum video. Quod igitur pro ratione causae oblatae possum, id

summa fide, pro eo ac debo et Regia Vestra Maiestas a me clementer petit, lubens explicabo. Omnis enim officii, fidei ac debitae observantiae Regia Vestra Maiestas semper Dei beneficio in me inveniet tantum, quantum a me praestari aequum est. Consilii vero plus de me polliceri non possum, quam divinitus mihi largitum fuerit. Spero tamen hac in parte me studium et voluntatem Vestrae Regiae Maiestati probaturum.

Olim, cum in exordio meae administrationis, quam ex beneficio divi parentis Vestrae Regiae Maiestatis pie defuncti tranquillam accepi, multas mihi procellas iniqua fortuna obiecisset, consilio ab eodem divo parente Regiae Vestrae Maiestatis, ut Domino meo clementissimo et avunculo charissimo, petito, id didici gratoque ac memori animo retinui semper, ut in omnibus dissensionibus intestinis recordarer<sup>b</sup>) lenitatis ac mansuetudinis erga meos subditos. Lenitate enim ac clementia frangi duros adversariorum impetus, nec ullam tantam posse inter suos evenire tempestatem, quam humanitate, aequanimitate ac patientia nostra non vincamus ac superemus. Quod consilium cum ego, ut divinitus monstratum, amplecterer, feliciter mihi contigerunt omnia. Quare illud Vestrae quoque Regiae Maiestati ex officio et fide mea praestare non dubito ac polliceri possum. Si id Vestra Regia Maiestas secutura sit, nec me huius consilii, nec Vestram Regiam Maiestatem ullius huiusc facti paenitere posse. Nam cum alioquin subditorum animi erga Vestram Regiam Maiestatem omni subiectione ac fidelitate propendeant, quemadmodum id acta Comitiorum in ea parte, ubi nuntii terrarum sua officia reverenter deferunt ac commendant, satis declarant, non dubium est, quin adhibita maiori etiam clemencia, humanitate ac patientia Vestra Regia Maiestas eorum animos magis magisque emolitura sit tandemque ita superatura, ut in omnibus honestis, piis ac licitis subditos suos paratos et expeditos ad omnia habitura sit. Neque enim quisquam adeo ferox aut inimicus est, qui non virtute ac mansuetudine flectatur. Legimus in veterum historiis Lysandrum, sapientissimum ducem Graecorum, dicere solitum hostes fortitudine vincendos esse, socios vero patientia. Cum autem regnicolae Vestrae Regiae Maiestatis non socii, sed subditi sunt, qui omnia debita officia summamque obedientiam Vestrae Regiae Maiestati deferunt, eo magis mansuetudine ac clementia regendi et in officio continendi sunt. Et quamquam id infra dignitatem Regiae Vestrae Maiestatis, quae se alioquin satis demiserit, esse videatur, tamen hoc consilium, ut mitius et lenius, ita quoque tutius esse arbitror. Idque Vestram Regiam Maiestatem pro singulari sapientia in his dubiis ac periculis rebus et temporibus comprobaturam tandemque re ipsa, ubi ad Comititia denuo ventum fuerit, experturam plane confido.

Haec habui, Serenissime Rex, quae Maiestati Vestrae pro ratione huius angusti temporis et nondum satis explicatae causae, pro levitate mei et iudicii et consilii, Regiae Vestrae Maiestati pro mea fide et observantia communicarem, quae quidem eo gratiora fore mihi persuasi, quod a divo parente Maiestatis Vestrae profecta<sup>c</sup>) et Reipublicae utilia atque salutaria comperta sunt. Idque non meo tantum exemplo, sed, ut arbitror, etiam sua experientia divum parentem Regiae Vestrae Maiestatis cognovisse. Pervulgata enim totius Regni honestissima fama est, qua lenitate, manuetudine atque clementia divus parens Regiae Vestrae Maiestatis subditos suos in officio continuerit ac nomen placidissimi Principis ad omnem posteritatem post se reliquerit, eiusque rei memoriam mihi non ita pridem in ipsis exequis funebribus omnino graviter et sapienter habita renovavit. Decet autem posteros honesta maiorum suorum exempla in primis imitari. Si quid vero praeterea fuerit, in quo meo exiguo consilio Vestra Regia Maiestas opus

habuerit, in eo me promptum ac benevolum, pro eo ac debeo, cum omni reverentia offero ac libere promitto me ad negotia, explicate ac definite proposita, ea fide ac diligentia, studio denique ac sollicitudine, omnia, quae censuero Vestrae Regiae Maiestati honorifica ac Reipublicae salutaria consilia, communicaturum, quibus ipse in meis necessitatibus ac simili discrimine rerum (quod Deus clementer avertat) uti velim. Quod ut Vestra Regia Maiestas sibi de me certo persuadeat, neque in aliam sententiam se adduci patiatur, etiam atque etiam debita subiectione et reverentia obsecro atque obtestor.

Quod ad negotium matrimoniale attinet, intelligo, quam propenso S. Regia Vestra Maiestas erga me, vasallum et sanguine iunctum Principem, feratur animo, quid per Cardinalem Augustanum<sup>2)</sup> in ea causa agid<sup>4)</sup> curaverit et quis de hac re S. Regiae Vestrae Maiestatis parentis Serenissimae animus, deinde quomodo abrenuntiationis formulam mihi exhibitam accipi velit. Quae cum iucunda mihi accident, ita eas, quas merito debeo, humillima officiorum meorum oblatione S. Regiae Vestrae Maiestati ago gratias. Et licet hactenus nihil de S. Regiae Vestrae Maiestatis voluntate dubitarim ac ne nunc dubitem quicquam, tamen id cogitationes meas non nihil turbat, quod et S. Regia Vestra Maiestate et parente eiusdem Serenissima<sup>3)</sup>, adeoque maxima ex parte ordinibus spiritualibus et secularibus Regni in hoc consentientibus et honori huic meo de sorore<sup>4)</sup> S. Regiae Vestrae Maiestatis desponsanda annuentibus, tanta in hoc negotio mora iniecta sit, ut quo pacto plausibilis ille favor mihi accipiendo aut interpretandus sit, in dubio haereum. At non ignorare S. Regiam Vestram Maiestatem existimo, cum in hac re S. Regiae Vestrae Maiestatis parentisque eiusdem Serenissimae ac statuum assensus et voluntas oblata mihi ultro essent, rationes meas plane easdem fuisse, nec aliam fortunae meae conditionem eo tempore fuisse, quam nunc sit. Si quid igitur impedimentum obstisset, magis decuisset ea ab initio, re adhuc plane integra, considerata fuisse, priusquam in hanc levitatis notam aut diffamationem crebris et peramicis consolationibus ac promissis adductus fuisse. Verum praeter haec omnia et haec ea pollicitatio accessit, si S. Regiae Vestrae Maiestatis et ordinum decreto, iis, quae prius in hac causa mihi oblata essent, dimissis, stare et acquiescere vellem, nempe cum sorore maiore<sup>5)</sup>, tunc salva iam esse omnia. Ego, ne quid in me desiderari paterer, postulatis audiens fui mentemque in hoc meam Domino Palatino Marienburgensi exposui, certo mihi persuadens nihil interea impediturum, quominus clementissimae, peramicae ac benevolae sponsiones citra moram in effectum irent. Qua de causa tam per consiliarium meum, Asuerum Brandt, quam per alios, imo literis non ita pridem ad S. Regiam Vestram Maiestatem datis, de responsso, cui certo standum mihi esset, sollicitandoe<sup>6)</sup> nihil praetermis.

Atqui cum haec ita mihi pollicerer, praeter spem mittit ad me S. Regia Vestra Maiestas parentis suae literas additque in instructione mandati impedimenta matrimonii, quae iam tum, cum haec tractanda primum venirent, extabant, sed non proferebantur, vehementer se cupere amota, eaque non aliunde, quam ex D. Cromeri Roma relatis emanasse puto. Cum tamen proximis meis literis expresse dixerim, non licere mihi per conscientiam meam a Confessione Augustana recedere, nec rationes meas pati ex Pontificis<sup>6)</sup>, Caesareae aut Regiae Romanorum Maiestatum<sup>7)</sup> consensu ista differri longius, cum me non fugiat neutrum illorum huic meo negotio matrimoniali assensurum, hinc adeo toties non minus parentem S. Regiae Vestrae Maiestatis, quam ipsam Maiestatem Vestram, de eo negotio primo quoque tempore conficiendo rogatam volui. Verum quid ab ea responsi

obtinuerim, exemplum literarum his inclusum declarabit.

Atque ita singulis pensitatis, hinc peramicas afferri pollicitationes, consolations non exiguae, benevolentiam consensumque favorabilem, illinc vero contra impedimenta non levia condicioneque mihi non acceptandas, multo minus expectandas, obiici video. Inde quid aliud colligam nescio, quam id negotium de die in diem produci meque vana spe laetari<sup>f</sup>, fortassis ideo, ut subornato colore consilia actionesque quorundam eo optatiorem sortiantur eventum, de me vero, utpote seniore, ludus et iocus fiat. Quod tamen de S. Regia Vestra Maiestate, tanquam Domino meo clementissimo, cui ad eiusmondi consilia nullam unquam occasionem dedi, minime suspicor, sed iis potius, qui male mihi volunt et honorem hunc mihi invident, imputandum censeo. At ista, Serenissime Rex, diutius ferre non est rationum mearum. Ac quoniam totum hoc negotium in responso pontificio, per D. Cromerum allato, acquiescere video, pro tecta ac civili abnegatione accipendum mihi esse existimo, non obstantibus iis, quae S. Regia Vestra Maiestas de dote deque paraphernis, de quibus non disputo, annexit, cum facile iis, quae data sunt reliquis elocatis aut adhuc elocandis S. Regiae Vestrae Maiestatis sororibus, contentus sim, quibusque illae renunciaverint, me quoque haud gravatim renunciaturum.

Itaque si postpositis et neglectis regiis pollicitationibus favoreque et benevolentia creberrime mihi oblatis, in eo, ut dixi, causa haec matrimonialis versatur cardine, muneris mei esse duco, ut S. Regiae Vestrae Maiestati pro sua in me clementia agam gratias meque alio convertam, ubi ab eiusmodi dilationibus, impedimentis subornatisque coloribus minime metuendum sit. Quod quidem S. Regiam Vestram Maiestatem aegre laturam non puto. Quamobrem S. Regiam Vestram Maiestatem, uti vasallus et Princeps sanguine iunctus, ad extremum adhuc enixe peto, dignetur mihi per praesentium exhibitem, sine longiore dilatione, animum suum, quid de hac causa decreverit, per literas exponere, praecipue cum longius ex pontificio, Caesareae aut Regiae Romanorum Maiestatum consensu pendere neque velim, neque possim. Ac si cognovero in his impedimentis, quemadmodum hactenus factum est, verti omnia, subdite oro, ne S. Regia Vestra Maiestas moleste ferat, si de alio matrimonio acceptando rationes inivero, digneturque nihilominus Rex Dominusque mihi meorumque esse clementissimus. Ego vicissim, quod mearum fuerit partium, de fide et observantia mea in S. Regiam Vestram Maiestatem, quodque fidelem decebit vasallum et necessarium Principem, nihil quicquam desiderari patiar.

Deinde et illud oro, ut tum coniugem meam, matrimonio mihi aliunde copulandam, regia sua gratia complecti velit atque ea, quae donationis propter nuptias nomine usitato more illi constituero, autoritate sua regia confirmare. Ad extremum, si liberis et uxore post me relictis e vivis discessero, ut eorum tutelam totiusque Ducatus huius patrocinium et defensionem suscipere ac retinere clementer dignetur. Id me subdita mea fide, ut dixi, promeritulum recipio.

Quod de feudo Ducatus Prussiae acceptando sibi S. Regia Vestra Maiestas tempus per me praescribi postulat, id praeter officium et decorem meum esse arbitrор. Memini equidem me concessionem feudi huius Ducatus, necnon confirmationem contractuum ac privilegiorum supplicem petivisse, quemadmodum ea omnia nunc etiam debita reverentia peto ac contendo. Quando vero Regia Vestra Maiestas investituram feudi facere, privilegia confirmare aliaque huc pertinentia praestare commode poterit aut velit, etiam atque etiam rogo, quo Regia Vestra Maiestas mihi tempus et

locum clementer designare et constituere dignetur, quibus cognitis me pro fide et obedientia debita, nisi divinis impedimentis praepeditus fuero, libens<sup>g</sup>) volensque exhibebo.

- a) *in Heiml. Reg. doleo, in conc. dolere*
  - b) *in Heiml. Reg. recordare, in conc. recordarer*
  - c) *in Heiml. Reg. profecto, in conc. profecta*
  - d) *in Heiml. Reg. egi, in conc. agi*
  - e) *in Heiml. Reg. sollicitudo, in conc. sollicitando*
  - f) *in Heiml. Reg. lavari, in conc. laetari*
  - g) *in Heiml. Reg. liberis, in conc. libens*
- 1) *Achatius Czema.*
  - 2) *Otto Truchsess.*
  - 3) *regina Bona.*
  - 4) *Catharina.*
  - 5) *Anna.*
  - 6) *Paulus III.*
  - 7) *Carolus V et Ferdinandus I.*

N. 3287.

*Neidenburgi, 8.I.1549.*

*Albertus dux in Prussia  
Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,  
de nondum dato sibi certo et finali responso in negotio suo matrimoniali et  
tam longa mora in eo interposita iterum queritur.*

*Sigill. Autogr.*

*Cfr. El. XLIII, N. 82.*

*HBA, B, K. 1173.*

Lieber Derle.

Ich hab euch am jungsten bey meinem platner geschriften. Versehe mich, es seye euch nummer zukumen. Indes aber kumb von k.mt. ein botschaft, her Czeme, der marginpurgische weiwoda, zwar nicht mit freilichen werwungen, den dy eine, dy meinen lieben hern angehet, dy leit mir also an, das sy mir auch nicht hirher anlichen kan aus mancherley bedencken. Den wy dy welt geswinde, heut also, morgen anders, sein auch dy hendl sofyl swerer und ubler zu ferrichten. Bitte hirumb den lieben Got, er wolle mir seine gotliche weisheit mitdeylen, domit ich k.mt., der loblichen Kronen trewlich dine und rate.

Dy andre aber, so mich selbst betrifft, darin noch in dem bewusten handel k.mt. mit mir, yrem freunde, blutferwanten diner, auch handelt, das ich schir nit weis auf fyl trost, gnedig zusagen und erbiten, ab man ein kurczweiler von mir machen wil, ader was man von mir haben, den man erbeut sich hoch kegen mir, sagt mir fyl zu, wy ir den mer wist als ich schreiben wil, aber in summa, wen ich umbsehe, so hab ich heut sofyl als gestern, werde umbgetrieben, verzogen und an andern orten verhindert, das ich

schir nit weis, wen man mir heut eins raten thut, ab es auch also von herzen gemeinet, den dy handlung gibets.

Man hat mir geraten, ich sol pald heiraten sich erboten, wy ir wisset. Nun aber, so man mir darzu helfen sol, kan und auch zuvor erboten, werde ich verzogen. Mus glauben, man volg mer leuten, die andre lieber als mich gevordert sehen, und ist also wy dy welt phleget zu sein, wen man an einem aufgefirwiczt; mus Got ergeben und befelen und wy das lide get, untrew sein art lassen und mein erbessurung anderstwo suchen, mich mit Got freuen, das Got lob noch mer leut leben. Euch aber als meinem guten diner und freunde zeige ich dis darumb an, das ich weis, das ir euch in glucklichen mit mir erfrewet und in widerwetigen mitleiden habet, und wil hoffen, womit auf einer, werdet ir aber mit gotlicher hilfe mit mir doch widerumb in ander wege noch frolichen sein. Bitte, wollet disen briff nach verlesen dem fewer geben, den ich zweyfel nicht, domit ich euch mit langen schriften nicht aufhalte, werdet ir, sovern ir nit vor von dem handel wisset, allerley von Aswerol<sup>1)</sup> verstehen. Thu euch hiemit Got befelen. Datis in eyle Neydenpurgk den 8 Januarii anno 1549.

Albrecht marggraff und herczog etc.

1) *Assuerus Brandt.*

N. 3288.

S.l., 9.I.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Bonae reginae Poloniae*

*quae sibi nomine eius per Franciscum Żelisławski relata sint, se intellexisse  
nuntiat; Andream a Wilmansdorf, capitaneum Soldaviensem, vicissim  
mittit et rogat, ut illi nomine suo loquenti plenam fidem adhibeat.*

(Latine)

Cfr. El. XXXI, N. 499.

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 752-753.

N. 3289.

*Neidenburgi, 9.I.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Policki*

*calicem argenteum mittit et rogat, ut eum nomine suo Procopio [Sieniawski]  
tradat.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, f. 34v.

N. 3290.

E Regio Monte, 18.ZI.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Ocieski, magistro curiae reginae Bonae,  
pro diligentia et studio, in dignitate et existimatione sua apud reginam promo-  
venda adhibito, gratias agit; equum Neapolitanum, si contingere tales  
equos ad reginam adduci, sibi mitti petit.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVIII, N. 1140.

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 753-754.

N. 3291.

E Regio Monte, 22.I.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Erasmo Bauck*

*rogat, ut sibi quandam lignorum quantitatem, quibus ad construenda aliquot  
aedificia opus habet ("hubsch, weis und guth flader, grob und lang"),  
emi et transmitti curet.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, f. 35.

N. 3292.

E Regio Monte, 25.I.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Wunsam, civi Cracoviensi,*

*pro vinis sibi emptis ac iam transmissis et vasis cypriis emendis ac transmit-  
tendis gratias agit et nuntiat se officialibus suis mandasse, ut debitam pro  
illis pecuniam ei numerarent.*

(Germanice)

Cfr. El. XLV, N. 69.

Ostpr. Fol., vol. 45, f. 35v.

N. 3293.

E Regio Monte, 25.I.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Eichler, consuli Cracoviensi,*

*pro diligentia, in vinis, sibi a Ioanne Wunsam coemptis, sine impedimento  
transmittendis adhibita, gratias agit.*

(Germanice)

Cfr. El. XLV, N. 70.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 35v-36.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,  
de benevolo regis erga se animo gaudet; negotium suum [matrimoniale] adver-  
sariorum suorum moliminibus non impeditum iri confidit; rogat, ut  
finale responsum in eadem causa sua a rege impetrare conetur et Assue-  
rum Brandt negotii ei concretiti admoneat.*

*Autogr.*

*Cfr. El. XLIII, N. 81.*

*HBA, B, K. 1173.*

Lieber Derle.

Ewer neher schreiben, des datum raptim Petrikaw den 15 Januarii dises iares, ist mir den 24 auch dises zukumen. Daraus ich verstanden, das euch mein eigen hantschreiben sambt den panczer und regzeug zukumen, und das k.mt., unsser aller g.h., solche parczer<sup>z</sup> mit gancz gnediger freude in gnaden angenumen, bin ich hochlichen erfrewet, den warlich het ichs itziger zeit pesser gehabt aber bekumen mogen, wolt ich irer mt. auch gern domit gedinet haben. Hab aber noch an ein ort geschrieben, do ich deglichs noch eines andern gewertig; bekum ich es nurnt, sollens ier mt. auch haben, den irer mt. meines vermogens zu dinen bin ich in allem muglichen der willige. Das auch euch der renzeug gerecht, alleint was amb hut und gesicht, den ewerm schreiben nach doch wol zu helfen, ist mir erfrewlich und sol am helfen kein fleis gespart werden, und zugesehen, das er pald fertig sey, den ich entlich bey mir beschlossen nicht lenger zu warten und hoff, ir solt inen noch zum ersten maln in meinen ehren rennen, do ich ewer zeugmeister sein wil etc., und ist der dancksagung gar nicht von noten, den ich bin euch mit allen gnaden gewogen.

Ich vermerck auch, das ir in dem loblichen bewusten handel aufs eusserste meinem filfeltigen und notwendigen begern nach mit k.mt. ungeschewet in unterdenigkeit geredet. Darin ir den meldet, das ich euch wol glauben mag, das ir, gleichsamb were ich selbst bey irer k.mt. eigner person gestanden und geredet, irer mt. nychts unter den stul gestecket, mir in trewer warheit versprechendt, das ir nichts anderst bey irer k.mt. findet, alleint das dyselb mir mit aller gnaden und freuntschaft vor fylen andren gnediglich gewogen und zugethon; und euch neben dem in geheimb zu erkennen geben, das sich ire mt. filer hendel wol kunnen entschlahen, aber den itzigen, so mich betreffen, haben ire mt. stetigs vor augen und sehen nurnt in allen gnaden gern, wie ire k.mt. hirynnen freuntlich wilfare machen. Begern derhalben, weil sich k.mt. des Cromeri werbung gar nichts anfechten lassen, ich wolte im auch so thun, den ich leichtlich abzunemen, dy, welche solches steffiret, ire k.mt. geben aber nichts darauf, und das ich durch Branten schreiben, wer ursach, das an key.mt.<sup>1)</sup> geschickt darzu geben verstehen werde etc. Auf solches dancke ich dem lieben Got, der k.mt. mir also verhelt, das sein mt. mir mit<sup>a</sup>) denen gnaden gewogen, und bitte den lieben Got, das er dem satan nit wolle gestaten durch sein anreichen k.mt. von andern anderst geleitet, und were mir hoch erfrewlich, weil ire k.mt. mir in allen gnaden und freuntschaft dermassen vor fylen andern zugethon und gnediglich gewogen, das auch ire mt. mir dy gnade und

gewogenheit scheinen liss, sich voriger, auch itziger kuniglicher trostung erinderte, do mit glaren worten ausgetrucket: lange hemder und dy andechtigen etc. wolten gern hindern, aber es muste nit sein, ire mt. wolten darzu selbst thun. Ist nun, das, wy ich nit zweyfel, dy zeit irer k.mt. gemuet gewesen, warumb hat sichs den so lange zeit her verporgen. Ist es aber noch ire mt. in dem sin und mainung und wil den kuniglichen worten nachkumen, haben ire k.mt. nunmer ursachen, wie ir von Pranten zu fernemen, das sis ane beswer thun kan, weyl mein g. fraw dy kunigin<sup>2)</sup> sofyl bewilliget, und wol sich doch k.mt. nurnt erindern, was si sich nurnt zuvorn horen lassen, als das es genung sey, so man dy bede hohe heubter nurnt besuchet, es solte aber nit hindern. Was aber dy hinderung nun sey, kan ich nit wissen, alleint sehe und greiffe ich, das man mir dy zeit mit guten worten auszeuhet und andern hofiret, eins mich auf das ander weisen wil und doch das nit thun, so sich aufrichtig gepuret.

Bedancke mich hirumb kegen ewer person, das ir so ungescheuet mit k.mt. geredet, und bitte noch, ir wollet bey irer k.mt. mir entlich ein antwort, darauf ich mich als ia aber neyn zu lassen. Den wo ire k.mt. mich noch weiter auf key.mt. antwort verzihen wollen, sol ire mt. wissen, das ich an andern orten, do ich auch klimps halber nicht aufhalten kan noch mir gepuren wil, mich versehen wil und in andern feln mich aller unterdenigen gepure kegen s.k.mt. zu ferhalten wissen. Weil den ire mt. in gnaden gern sehen, wy ire mt. hirin mir freuntlich wilfaren mochten, so wil ich noch fyl lieber sehen, weyl nun k.mt. dy mittel haben, ab sy mir in gnaden auch wilfaren wil, und kan auch alsdan kromen und ander hinderung sofyl weniger achten.

Brant aber hat mir in disem handel auf dismol nichts geschrieben, ursach, weil er mit k.mt. zu reden noch gewartet. Warumb ich auch euch sofyl weniger schreiben kan aber wissen ewere beredung. Derhalben ich euch auch unnotig nit weiter besweren wil, bitte alleint, ir wolt neben Branten dy sachen helfen vordern, wy Branten befelich lautetd und ir hie oben vernumen. Das aber k.mt. sich wider nach Krakaw begeben wil, wunsche ich s.mt. zu solchem zug und allewegen gluck und .heyl; ab es aber k.mt. itzige geswindigkeyt der zeit nicht zu erwegen, das sy dyselbe gema-hel an dy orter fure, kan ich als ein unferstendiger nit wissen, sunder bitte den lieben Got, er wolle allem argen weren und in gnaden verleihen, das dy, so es wol meinen, mit s.k.mt. also raten, das lieb, ruhe und frid gestif-det, und wil mich meines propheczeiens, weil es leider bishero fyl getrof-fen, enthalten, k.mt., euch und uns alle gotlicher gnaden befelen und bitte, er wol k.mt. bey erkanter warheit erhalten und allem bosen weren. Amen.

Datis in eyle in der andern stund nachmitdags, den 28 Januarii anno 1549.

Albrech<sup>2)</sup> marggrauff und herczog etc.

1) Carolus V.

a) in ms. nit

2) Bona.

z) sic in ms.

N. 3295.

*E Regio Monte, 31.I.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*non dubitat regem ad ditionum et subditorum suorum defensionem et protec-*

*tionem omnem lapidem moturum et contra communem hostem una cum  
rege Sueciae acturum esse confidit.*

*Autogr.*

*HBA, B. K. 1176.*

Gnediger, lieber her und kunig, freuntlicher, lieber her ohem, swager und bruder.

E.K.W. eingelegter zettel pringet mir allerley bedencken, sunderlich auch weil ich in dy erfahrung kumen, wie E.K.W. von meinem cemerer und diner, dem von Werden<sup>1)</sup>, nummer eingenumen, den lieben Got bittendt, er wolle es ia nicht zu dem kumen lassen, so ich vor langest befaret und E.K.W. ane czweifel in gutter gedechnus haben, und wo dem also, wie der gemein befel redet, were Got zu glagen und zu erbarmen, das dy negsten plutfreunde dis kegeneinander suchen und furnemen sollen. Das beste aber ist, das wir einen ober uns haben, der almechtig dises alles nach seinem gotlichen willen wol zu moderiren wurt wissen und dy seinen nit verlassen.

Weil den der liebe Got auch wil, das gleichwol wir menschen auch arweten sollen, zweifel ich nicht, E.K.W. werden das ier zu schucz und schirm irer kunigreich, land und leut auch zu thun wissen und nachtrachten. Und wywol wisslich, das sich auf menschen nichts zu ferlassen, wie den des dy schrift vol, so hat doch Got dy menschen gleich als sein werckzeug und zangen, domit er pisweilen dyselben prauht zur straff, auch den menschen zu dinst und besten. Warumb dennest ie etwas sich ein mensch zum andern negst gotlicher hilff versehen mus, derhalb auch der liebe Got dy bruderliche lieb so hoch befilet.

Nun ist amb dag, das dis thun den kunig von Sweden<sup>2)</sup>, unssern lieben swager, alspaldt antreffen wurt als andre, wo nit eher. Ich weis aber nicht, ab ers auch glaubet und prufe, wie untrew er erfunden, das ich auch schir nicht weis, was ich sagen sol anders, den das ein gotliche straff sey, weil man das sein nit mer mit ernst meinet, sunder ein ieder sein eigens sucht. Mich duncket aber gleichwol, es solt nit ungeraten sein, das E.K.W. ynen warnen lisso und beflissen, wie er bey derselben bestendig zu machen. Den wo Ewer beden K.W. trewlich zusamen seczen wollen, were noch neben gotlichem und zu vorenst auch ein trost. Warumb ich nit zweifel, E.K.W. aus hohem von Got verlihen verstandt werden disen sachen und so ie der liebe Got das creucz uns alle nicht erlassen wolt und wir alle uns weren musten, was weiter zu thun, wol nachzutrachten wissen, warin ich auch E.K.W. freuntlichen werde dinen kunnen, sollen auch E.K.W. den trewen swager und bruder befinden. Der ich mich Got und E.K.W. thu und dyselben gotlicher almechtigkeit, vor allem ubel zu behutten, in langwiricher wolfart und gesuntheit, in erkanter warheit und bey seinem gotlichen [wort] zu erhalten und fristen, thu befelen und bitte nach überlesung, wolle E.K.W. den briiff dem fewer gewen. Datis in eyle Kunigspurgk, den leczten Januarii anno 1549.

E.K.W.

getrewer swager, bruder und diner  
Albrecht marggraff, in Preussen etc. herczog etc.

1) *Ioannes a Werden iunior.*

2) *Gustavus I.*

N. 3296.

S.l., 4.II.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Andreae a Górką, castellano Posnaniensi, Maioris Polonaie capitaneo,  
Casparem a Lehendorff, cubicularium suum, mittit et rogat, ut ipsi nomine  
suo loquenti plenam in omnibus fidem habeat.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVIII, N. 1147.

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 754.

N. 3297.

E Regio Monte, 4.II.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*abbatii Czervensi [Ioanni Lewicki]*

*se fratri eius Andreae servitia quaedam et annuam frumenti pensionem ad  
intercessionem eius remisisse nuntiat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 755.

N. 3298.

E Regio Monte, 7.II.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Bonae reginae Poloniae*

*Benedicto Knipper, sibi a regina commendato, se benevolentiam suam exhibuisse nuntiat et eis, quorum interesset, mandasse, ut divisionem hereditatis eius sine mora maturarent.*

(Latine)

Cfr. El. XXXI, N. 454.

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 755-756.

N. 3299.

E Regio Monte, 15.II.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, et, mutatis mutandis, Stanislao Kiežgajlo et senatui Caunensi  
pro Anna, Conradi Lanckau uxore, intercedit et rogat, ut bona omnia mariti eius, propter facinus ab eo patratum [scil. iuvenis Henrici Feierabent interfectionem] Caunae arrestata, liberantur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 756-757.

N. 3300.

E Regio Monte, 18.II.1549.

*Albertus dux in Prussia  
Sigismundo Augusto regi Poloniae  
pro vidua Hermensdorff.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 759-761.

N. 3301.

S.l., 18.II.1549.

*Albertus dux in Prussia  
Bernardo Pretwicz, capitaneo Barensi,  
pro equis et Tartaris, sibi per Ioannem Heiden [Frydrychowski] missis, gratias  
agit; eiusmodi Tartaros se ei libenter remissurum esse nuntiat, si eos forte  
alicui pro pecunia vendere velit; suadet, ut cum Anna Odrowaz in exi-  
gendo debito patientia utatur; de mittendis sibi equitibus se eum tempore  
opportuno certiores facturum esse promittit; 800 aureos se ei hoc tem-  
pore mutuo dare non posse nuntiat.*

Cfr. E.L., N. 529.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 36-39.

Ahn Bernharden Pretwitz, den 18 Februarii 49.

Ernvester, lieber, getreuer.

Wir haben bey eurem diener, dem Heiden, von euch ein schreiben  
neben uberschickten rossen erlangth, und wiewoll uns das eine, des ir uns  
aus ursachen solchs uffstosig geworden, so langsam schicken konnen, hin-  
kende uberantwurth, so wollen wirs doch fur das gelth, so darfur gegeben,  
aus denen ursachen, das es unvorschnitten und zur stuth zu gebrauchen,  
nicht geraten oder emperen, und soviel die abrichtung und zaumrechung  
derselben pferde betrifft, wollen wir uns eurem schreiben nach zu halten  
wissen. Thun uns aber der zuschickung solcher ross und dargethanes  
berichts gegen euch mith gnaden bedancken. Und wo ir mith dem gelde,  
des wir euch zu erkeuffung solcher ross hievor zugeschickt, nicht zulangen  
kondeth, seint wir zufriden, ir das ubrige von dem hinterstelligen gelde,  
des uns von euch aussenstehet, vorgnugen mugeth.

Der uberschickten zweien Tathern, damith ir uns aus dienstlicher wol-  
meinung verehrung thut, nichtswenig der mitgeteilten zeitungen bedan-  
cken wir uns gleichsfals, wie oben, gantz gnedigst, und seinthemal wir aus  
eurem schreiben, das die beiden Tathern dermassen weidliche gesellen  
und durch einen abkauf gelöseth werden mochten, vermercken, wolten wir  
nicht gern, weil es so ehrlich gesellen sein sollen, das sie ewig gefangen,  
daneben auch eurem fromen disfals zu hindern ein ursach sein. Derhalben,  
so ir etwan ein stuck geldes dadurch euch gedienet fur sie erlangen und  
euren nutz schaffen mochteth, habt ir uns desselbigen zu vorstendigen, so  
wollen wir sie gern ahn euch widerumb abfertigen.

Das ir von der hochgeborenen furstin, unser freuntlichen lieben mhu-  
men, der fraw Odrowaschin<sup>1)</sup>, die 2000 gulden bishero nicht erlangen  
mugen, haben wir ungern vernhommen, achten aber, das es mith iren 1. als

andern bedruckten witfrauen, und nicht dermasen als bey ires seligen herren<sup>2)</sup> leben gelegen sein muss. Derhalben auch ir viel gelth auszugeben oder schulde zu bezalen beschwerlich fallen will, zweifeln aber nicht, ir werdeth mith irer 1. gedulth haben, bedenkende, das sie sich gleichwoll uff einen angesatzten tag zu zalen erboten, des versehens, es werde euch auch nhumer auf den gesatzten termin Trium Regum die zalung gevollth sein. Do aber nicht, habth ir uns durch eur schreiben zu vorstendigen. Wollen wir, was ferner fur mittel zu gebrauchen sein mochten, alsdan bedencken und ahn unser furderung disfals nichts mangeln lassen.

Als ir dann euch unter anderm der guten gesellen, so ir uns zum besten etzlicher massen bey euch gehalten, und das ir die nicht voneinander kommen lassen mugeth, meldung thut, versehen wir uns, ir habth aus vorigem unsern schreiben, das wir euch derhalben ungern mith uncosten beschwerth oder beladen wissen wolten, vernhomen. Dann wir euch noch zur zeith, wie sich die sachen anlassen, oder wes furfallen mochte oder nicht, nichts gewisses zuschreiben konnen, begern derhalben abermals, ir wolleth euch in deme umb unsern willen in keinen uncosten nicht einlassen. So aber etwas vermutlichs, darzu mhan leut benotigt, furfallen wurde, wollen wir euch, soviel muglich, in der zeit darnach haben zu richten, verstendigen und wissen lassen.

Und nachdem wir gern etzliche grosse, hubsche hirsgewey mith starck und vielen zancken haben wolten, so begeren wir gantz gnediglich, ir wolleth uns zum besten nach solchen trachten und dieselben mith dem ersten ahn uns verfertigen. Dagegen solle euch gnedige danckbare zalung geschehen.

Letzlich haben wir auch eurem schreiben und unterdenigem bieten nach euren diener, den Heiden, gnediglich gehoreth und alles, so ehr uns eurenthwegen lenglich vermeldeth, woll eingenommen. Befinden unter anderm, das ir euch 800 gulden furzustrecken bitteth. Nhun weren wir euch, ohne ir nun in deme, wie bishero, gnediglich zu willfarenn gewogen. Es hoth aber in warheith itziger zeith mith uns diese gelegenheit, das wir selbst zu ausrichtung hochwichtiger gescheft ahn allen orten, do wir wissen, gelth uffbringen und leihen mussen. Demnach unser gnedigs begeren, ir wolleth uns, das wir euch damith, wie gern wirs auch theten, wilferig nicht erscheinen mugen, gutwillig entschuldigt nhemen. Do wir aber sunsten euch gnedigen willen zu erzeigen wusten, solleth ir uns den g[nedige]n h[er]n alleweg spuren und haben. Und wolten euch dieses auf etc.

Commissio Principis  
Relatio Secretarii  
G. Schultz.

1) *Anna Odrowąż.*

2) *Stanislaus Odrowąż, pal. Russiae († 1545).*

N. 3302.

[*E Regio Monte*], 18.II.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Bernardo Pretwicz, capitaneo Barenzi,*

*litteras eius, per eius avunculum, Melchiorem Ror a Roraw, sibi allatas, se per-*

*legisse, eundem avunculum clementer audisse et ad omnia ore tenus ipsi respondisse nuntiat.*

(*Germanice*)

*Ostpr. Fol., vol 45, ff. 38v-39.*

N. 3303.

*E Regio Monte, 20.II.1649.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*rogat, ut Assuero Brandt, cui secretiora quaedam regi exponenda se iniunxisse nuntiat, plenam fidem adhibeat.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 757-758.*

N. 3304.

*E Regio Monte, 20.II.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski]*

*rogat, ut Assuero Brandt, suo ad regem missis legato, plenam fidem adhibeat et in conficiendis negotiis ei concreditis adiumento sit.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 53, f. 758.*

N. 3305.

*E Regio Monte, 22.II.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, Samogitiae capitaneo,*

*propter pestem in Ducatu suo saevientem per aulicum suum, Conradum Truchsess, filium ei remittit, una cum alio quodam adolescente, "qui subinde audita cum eodem repeatat ac, ne quid in studiis oblivione detrimenti capiat, reiteret".*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 53, f. 762.*

N. 3306.

*E Regio Monte, 23.II.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*a rege id rogatus, consilium praebet, quae correctiones et supplementa ad instructionem legationis Stanislai Hosii ad regem Romanorum addenda fuissent; exemplar suum proprium Confessionis Augustanae regi trans-*

*mittit; significat operam Alberti iunioris, marchionis Brandenburgensis,  
in pacifica negotii Pruthenici compositione.*

*Cfr. El. XXXI, N. 469.*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 775-779.*

Regi Poloniae, XXIII Martii.

Communicat Regi consilium, quo pacto instructio legationis ad Regem Romanorum<sup>1)</sup> instituenda fuisse, deinde quomodo se legatus gerere debeat, quidque a Marchione Alberto de negotio Prutenico cognoverit.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrini Charissime.

De instructione ad S. Regiam Romanorum Maiestatem mihi communicata deque iis, quibus Reverendo Domino Stanislao Hosio, nominato Culmensi Episcopo, nuntio Maiestatis Vestrae, rationibus obeundi legationem suam innitendum, luculenter ad me perscriptis, eas quas debeo S. Regiae Vestrae Maiestati ago gratias. Ac quoniam inter cetera clementer S. Regia Vestra Maiestas a me postulare videtur, si quid praedicto Maiestatis Vestrae legato praeter ea, quae iam in mandatis habet, committere vellem, ut id primo quoque tempore ad S. Regiam Vestram Maiestatem trasmittem, qua in re etsi non videam, quid per me addi possit, nisi quod in capite propositionis, ubi dicitur iniuste me a Camera Imperiali proscriptum esse eo, quod nihil in me iuris habuerit, addendum fuisse putassem me quoque a Serenissimo Maiestatis Vestrae parente<sup>2)</sup>, tanquam proprietario harum terrarum domino<sup>a)</sup>, quippe cui plenum earum esset dominium, ne comparerem, prohibitum fuisse. Deinde serum quoque fore puto iam primum de his consilium capere, cum quod legatus S. Regiae Vestrae Maiestatis iam iter ingressus est, ac priusquam haec ad eum pertingerent, ille bonam fortasse legationis sua partem absolvisset, tum quod ex literarum monumentis nihil habeam, quod huic caussae adiumento esse possit. Et licet S. Regiam Vestram Maiestatem, pro singulari sua prudentia, ita rebus suis consulturam sperem, ne quid de suo iure detrahi sit passura, tamen non aliam S. Regiae Vestrae Maiestati videri causam cognovi, quo magis accusari possim, quam quod Ordinem abiecerim. Haec aliter se habere ipsae proscriptionis literae satis testantur, ubi non de Ordine abiecto, sed terris Prussiae a Sacro Romano Imperio alienatis agitur. Quem tamen cur deseruerim, tum piis me rationibus adductum profiteor, tum quod inclitum Poloniae Regnum cum Serenissimo<sup>b)</sup> Rege suo sic omnino factum voluerit meque eo usque adegerit, ut paci consulendae alia ratione me in his terris ferre noluerit.

Quod cum ita acceptare coactus essem, divus S. Regiae Vestrae Maiestatis parens tam verbo regio, quam literis, mihi promisit se terras has meque eo nomine contra quosvis etiam, qui sibi aliquid iuris in eas vendicare aut oppugnare conarentur, pro summa virili tanquam caussam propriam, qualis et re vera est, defensuram. Quare omnino sperassem hanc quoque legationem ad priora ista Serenissimi Maiestatis Vestrae parentis mandata, rationes et argumenta, ne quid incliti Poloniae Regni iuribus decederet, accommodatam iri. Quod cur minus factum sit, mihi non constat. Quantum enim ea res sit incommodi allatura, quod S. Regia Vestra Maiestas ius suum alteri concedere videtur in eo, dum mandavit, quod si Regiae Vestrae Maiestati causa haec cognoscenda non permitteretur, ut assessoris Maiestati Vestrae dentur, ipsa Maiestas Vestra facile colligit haec non citra dignitatis regiae inclitique Regni laesionem ac iurium illius

imminutionem<sup>c)</sup> fieri. Quae tamen a Serenissimo Maiestatis Vestrae parente semper nonnisi sanctè et prudenter cauta fuere, ut hanc causam ex nullius alterius, quam suo solius tanquam superioris domini arbitrio pendere voluerit. Tum et illud aequa incommode, quod his non succedentibus ad extremum causam hanc a Regia Romanorum Maiestate iuxta ea, quae *Magnificus Dominus Lasski*<sup>3)</sup> retulit, cognoscendam concedit. Quo omnis in has terras Maiestatis Vestrae iurisdictio ultiro neglecta videtur.

Cum tamen Maiestatem Vestram non lateat, quam is scrupulus, per Dominum Laski iniectus, olim divum Maiestatis Vestrae parentem adeoque plerosque consiliarios male habuerit, ut nunc demum ad eum, tanquam extremum quiddam, refugiendum sit. Quae omnia cum ita se habeant ac Serenissimus Maiestatis Vestrae parens sancte illa omnia cavebit, denique cum Maiestate Vestra hoc nomine, ut praemittitur, contra quosvis crebram mihi defensionem sancte promiserint, idque vigore contracatum teneantur, spero, quod et supplex S. Regiam Vestram Maiestatem oro et pro mea fide consulto, ut clementer eorum meminisse velit ac eo adhuc rem omnem flectat, causamque hanc quibuscumque tandem pactis ac rationibus ita componat, ne quid S. Regiae Vestrae Maiestatis inclitique Poloniae Regni iuribus, quae aliquoties se defendere posse affirmavit, detractum eatur, aut in me meosque aliquid inde incommodi aut periculi redundet, neve salva Maiestatis Vestrae dignitate, ego contra divi Maiestatis Vestrae parentis foedera, contractus fidemque, nonnisi sancte mihi obligatam, derelictus videar. Quod tamen per S. Regiam Vestram Maiestatem clementer cautum iri ac sicubi istic pacta S. Regiae Vestrae Maiestatis renovari continget, ne ego tanquam Regni membrum exclusus videar, omnino mihi persuadeo eamque officiosissime oro.

Praeterea, Serenissime Rex, quoniam memini S. Regiam Vestram Maiestatem proxime per *Magnificum Achatium Zcema Confessionem* et *Apologiam Augustanam* a me petuisse, huius cum venale nullum extet exemplar, duxi S. Regiae Vestrae Maiestati illud, quo ego hactenus ipse usus sum, transmittendum esse, quod ut clementer et boni consulat, Maiestatem Vestram etiam atque etiam oro.

Porro S. Regiam Vestram Maiestatem celare nolo Illustrum Marchionem Albertum, meum ex fratre nepotem, hisce diebus mihi secretius significasse Illustritatem Suam omnem movere lapidem, ut quod de pacificatione terrarum Prussiae Cracoviae facturam se receperat, quo citius eo melius in effectum ducat, atque eo usque id negotii iam promovisse, ut bona spes perpetuae pacis ac utrinque amicae compositionis, conditionibus etiam in eam rem ab Imperatoria Maiestate<sup>4)</sup> ad Serenissimum Romanorum Regem iam missis, affulgeat. Nec destituram Illustritatem Suam, donec tam in hoc, quam matrimoniali suo negotio, quod protrahi adhuc scribit, aliquid certi obtineat. Eius si quid ad me allatum fuerit, S. Regiam Vestram Maiestatem officiosissime non celabo.

Spero autem, quod et per amice moneo, S. Regiam Vestram Maiestatem praedicto legato suo haec significaturam, ut si contingat conditiones alias a Serenissimo Romanorum Rege proponi, ita se gerat, ne quid acceptet, quo S. Regiae Vestrae Maiestatis, adeoque Regni ipsius authoritas, ius, dignitas et privilegium laedi possit, neve famae aut honori meo quidquam inde decedat, aut subditis meis praeiudicet. Haec S. Regiam Vestram Maiestatem pressius ad animum revocaturam non dubito petoque, si quid de his omnibus ad eam perferretur, ut id mihi communicare, deinde et ei negotio, quo potissimum nomine nuntium meum ad S. Regiam Vestram Maiestatem iterum ablegavi, clementer finem tandem imponere

dignetur. Haec S. Regiae Vestrae Maiestati significanda esse duxi, ut eo melius rationibus suis consulat, quae nonnisi candido profecta pectore S. Regiam Vestram Maiestatem clementer accipere peto. Atque his eandem felicissime valere exopto. Datae Regio Monte.

Commissio Principis propria  
Andreas Muntzer.

- a) *in ms. proprietarii...domini*
- b) *in ms. Reverendissimo*
- c) *in ms. immunitionem*
- 1) *Ferdinandus I.*
- 2) *Sigismundus I.*
- 3) *Stanislaus Łaski, pal. Siradiensis.*
- 3) *Carolus V.*

N. 3307.

*E Regio Monte, 23.II.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, Samogitiae capitaneo,  
capitaneum suum pro illata a quibusdam, quos captivos tenet, iniuria debi-  
tam iustitiam administrare paratum esse nuntiat.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 53, f. 763.*

N. 3308.

*E Regio Monte, 25.II.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, capitaneo Samogitiae,  
pro supplicantibus quibusdam (non nominatis) intercedit et rogat, ut ea, quae  
ab eis petuntur, "mediante hac intercessione nostra et pro tenore con-  
tractuum initorum eo facilius ac rectius obtineri possint".*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 53, f. 764.*

N. 3309.

*E Regio Monte, 26.II.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*telonei praefectis in Polangen  
rogat, ut aromata quaedam, "contra contractuum vigorem" praesentium  
exhibitori ab eis ablata et detenta, ipsi restituant.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 764-765.*

N. 3310.

E Regio Monte, 26.II.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Alexandro Ilowski (Gilawski)*

*pro Petro Dzieczewny, cui nullam aliam ob causam, nisi quod ab eo discesserit, quaedam pecuniae summa detenta est, rogat, ut quod suum est ipsi restituat.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 765-766.*

N. 3311.

E Regio Monte, 28.II.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*pro Hermanno Schmidt, cive et mercatore Gedanensi, fortunae procellis ad inopiam redacto, contra credidores suos ad litterarum moratoriarum remedium recurrere coacto, intercedit et rogat, ut rex huic subdito suo afflito eiusmodi litteras moratorias concedere velit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 766-767.*

N. 3312.

S.l., 1.III.1549.

*Supplicatio viduae Maltitz ad ducem Albertum contra heredes Lucae Ketting, Matthiae Lange et Matthiae Koppen, civium Gedanensium.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 782-786.*

N. 3313.

Ostróda (Osterrode), 2.III.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Bonae reginae Poloniae*

*nomine filiae suae [Annae Sophiae] caniculum Hispanicum dono mittit et rogat, ut exiguum hoc munus animo benevolo accipere velit.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXI, N. 464.*

*Ostpr. Fol., vol. 53, f. 769.*

N. 3314.

Ostróda (Osterrode), 2.III.1549.

*Albertus dux in Prussia  
filiabus Bonae reginae Poloniae [Sophiae, Annae, Catharinae]  
nomine filiae suae [Annae Sophiae] ornamenta capitis, in aula sua et in Ger-  
mania usitata, dono mittit.*

*Cfr. El. XXXI, N. 463.*

*Ostpr. Fol., vol. 53, f. 770.*

Ad filias Reginae Poloniae, 2 Martii.

Mittit ornamenta Germanica virginum nobilium.

Cum filia nostra charissima ac consanguinea Serenitatis Vestrae dedi-  
tissima significasset se ex quorundam sermone perspexisse, Vestram Sere-  
nitatem cognoscendi ornamenta capitis, in aula nostra et Germania usitata,  
desiderio teneri, facere pro nostra observantia non potuimus, quin eam eius  
rei, quam per se facere paratissima fuisset, admoneremus, ut scilicet illo-  
rum ornamentorum formam aut exemplar aliquod Vestrae Serenitati in  
deditissimi animi sui significationem transmitteret. Cui quidem monitioni  
cum alioqui mirifice Vestrae Serenitati gratificari et inservire pro virili  
cuperet, libenter et pro oboedientia sua et pro debita erga Vestram Serenitati  
reverentia paruit. Mittit itaque Vestrae Serenitati formam illius  
ornatus hic usitati ac deditissime rogat, Vestra Serenitas hoc qualemcumque  
studium et animi prompti significationem boni consulere ac clementer  
accipere velit, praeterea amorem et clementiam Reginalis Maiestatis,  
matris Vestrae Serenitatis colendissimae et Dominae nostrae clementissi-  
mae, quae etiam ante multis et infinitis in rebus declarata est, auctiorem  
reddere dignetura<sup>a</sup>). Si enim posthac Vestrae Serenitati maioribus in rebus  
nos et filia nostra charissima pro alto consanguinitatis vinculo inservire  
poterimus, faciemus eo studio, quo poterit fieri maximo. Quibus Vestras  
Serenitates<sup>b</sup>) Deo omnipotenti nosque eisdem pro necessitudine nostra  
commendamus. Datum Osterrode.

Commissio Principis  
Relatio Cancellariae  
Idem audivit.

a) in ms. dignentur

z) sic in ms.

N. 3315.

E Regio Monte, 13.III.1549.

*Albertus dux in Prussia  
vicecapitaneo Visnensi [Iacobo Bagieński]  
nuntiat capitaneum suum in Pisz (Pisch), Christophorum ab Oelsnitz, "non  
minus querelarum" de subditis districtus Visnensis ad se referre, quam  
ipse de iniuriis eiusdem capitanei sui subditis reginae Bonae illatis sibi  
conquestus sit.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXVIII, N. 1148.*

*Ostpr. Fol., vol. 53, f. 771.*

N. 3316.

E Regio Monte, 20.III.1549.

*Albertus dux in Prussia  
regi Galliae [Henrico II]*

*rogat, ut servitori suo, litterarum exhibitori, in his, quae nomine suo ipsi rela-  
turus est, plenam fidem adhibeat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 771-772.

N. 3317.

E Regio Monte, 20.III.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Galliae comestabili [Annae Montmorency]*

*pro amica in se affectione gratias agit et rogat, ut servitori suo plenam fidem  
adhibeat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 772-773.

N. 3318.

E Regio Monte, 24.III.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Podowski et Nicolao Czernicki, iudicibus terrestribus in Ducatu Maso-  
viae,*

*pro Thoma Gotsche, subdito suo, actionem de redimendis bonis, a parentibus  
eius oppignoratis, in iudicio eorum habente, intercedit et rogat, ut subditi  
sui causam, a parte adversa crebris dilationibus nimis protractam, acce-  
lerent et ad finem perducant.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 781-782.

N. 3319.

E Regio Monte, 29.III.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, Samogitiae capitaneo,  
transmittit ei mandatum regium, per legatum suum a rege impetratum, de  
sopiendis iniuriis et controversiis, quae utrinque inter Prussiae et Samo-  
giae Ducatum subditos oboriuntur.*

(Latine)

Cfr. El. XXXI, N. 458.

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 768.

N. 3320.

E Regio Monte, 29.III.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Ulrico Hosio, teloneatori Caunensi,*

*Bernardum Heidenstein, subditum suum, civem Regiomontanum, commendat  
et rogat, ut, si opera eius in negotiis suis indigeret, eam ipsi praestare velit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 786-787.

N. 3321.

E Regio Monte, 2.IV.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*pro Michaele et Simone Loytz, civibus Gedanensibus, intercedit, ut pagos ali-  
quot, a rege olim seniore Reinholdo Veltstedten, civi Gedanensi, inscriptos,  
nunc eodem Veltstedten mortuo, obtinere possint.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 787-788.

N. 3322.

E Regio Monte, 5.IV.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,*

*pro missis litteris et communicatis novitatibus gratias agit; de negotio suo  
[matrimoniali] se iam desperare nuntiat et censem illud Deo committend  
dum esse; canem promissum dono mittit.*

Autogr.

HBA, B, K. 1173.

Lieber Derle.

Ewer schreiben aus Wilden suntags zu Fasnacht, des ich mich gancz  
gnediglich thu bedancken, ist mir den sunabent darnach in solcher wochen  
worden. Daraus ich ewern gewogen willen kegen mir erfinde und bin herc-  
zlichen erfrewet, das ir domit gesunt ankumen und, wy ich von andern ver-  
standen, hoch gehoret und begabet, das ich euch auch von herczen gunne.  
Es kan euch auch immer mer sofyl horen und guttes widerfaren, das ich  
euch nit mer gunnen wollte, und hoff zu dem lieben Got, das ir auch wide-  
rumb gesunt zuruck kumen.

Bedanck mich der zugeschickten zeitung und beyschriften. Wil mich  
nummer versehen. Wy alle sachen gelegen und mitler weil gefaren, wert ir  
mer wissen als ich schreiben kan. Weis aber nicht, ab alles zu loben.

Wie aber der bewuste handel stehet, versehe ich mich wol, er werde  
euch nun durch Branten nit geporgen sein. Mir ist wol von euch fyl vertro-  
stung, grosser gnaden und liebe beschehen. Ander und auch hohe leut las-

sen sich auch wol dergleichen horen, ich sehe aber nicht, das das wenigste volgte. Den wy man andern practicen zugut mit mir in der sachen umbgehet, ist mir nit geporgen. Mus es Got ergeben und befehlen, ime dy rach und danck ergeben, der wurts wol machen und das lang aufzihen dohin verstehen, das man denck, ich sey der nar, ders nicht verstehe, das dy sach nichts sey, derhalben Got und meinem hern dancken, mein sach weiter und an den ort seczen, do ich angenemer werde.

Mir sol aber dy dag meines lebens wehe thun, das ich von meinem eigen und mir lieben hern, den ich auch wisse Got herczliche liebe, also sol verfuret sein, und ander leut, dy wissen was ich auf sein gnad geseczet, sich frewen sollen, das sy mir einen solchen hern, der itzunder mer sich weis nit was fur swegerschaft lest abpracticiren, dardurch andre den unbestandt meines hern erkennen sollen. Kan wol dencken, mein trewlich waren widerraten und schreyben, do ich meiner phlicht halber dy warheit nit sveigen kunnen und das gethon, das ich weis meinen hern zu ehren, ursache, durch dy leut, dy es angangen, das man solchen gnedigen trost bey mir sehen lest. Nun es stehet alles in Gottes henden, der wurt ane zweifel geben, das mein lieber her noch sehen wurt, were es trewlich aber nit, mit s.mt. meine. Der liebe Got aber lernet mich in disem und vergangen fal, do ir wist, was man gesworen und zugesaget und wie es vort gangen. Wy den in disem auch beschihet, das ich der schriften mer als menschen trawen sol, und wils auch, ab Got wil, nummer thun. Wie nun meine sach stehet und was Pranten widerumb befohlen, wert ir von ym einnehmen. Man mag nun aufthalten und aufschiben wy lang man wil und andern hofiren, ich wil itzund auf Ostern, aber in kurzen dagen darnach, leut zu mir bescheiden und mit ynen beschlossen, es gehe wy Got wolle. Amen.

Lieber Derle, ich hab euch lengest einen hunt von der sibillern zugesagt, den schick ich euch, so hubsch ich in hab und den ich auch lieb hab, den er ist frumb und genaw wartendt, aber noch nie nichts von ym gefangen. Got geb, das er euch wol gefallen, und bit, wolt mir widerschreiben was bey euch, so ich wissen mag und beyligenden briff Bohiwel in sein hant antworten. Befele euch hiemit gotlicher gnaden. Datis in eyle Kunigspurgk den 5 Aprilis anno 1549.

Ewer renzeug gehet auch auf hoff, solt pald nach Ostern<sup>a)</sup> haben etc. Son[st] daussen ist nichts sunders, alleint das grosse bewerbung sein umb reuter, wy mir disen dag geschriben. So warten auch fyl befelichshaber unter den knechten, es weis aber niemandes woraus etc.

Albrecht marggraff und herczog etc.

a) in ms. Ortern (?).

N. 3323.

S.l. 15.IV.1549.

*Albertus dux in Prussia  
castellano Posnaniensi [Andreae a Górką]  
de negotiis quibusdam cum eo coram colloqui desiderans, rogit ut dominica  
post festum Paschatis proxima [28.IV.] ad arcem suam Riesenburgensem  
venire velit.*

Cfr. El. XXXVIII, N. 1161.

(Adest. conc. Germ., HBA, B, K. 1173).

Ostpr. Fol., vol. 81, Heiml. Reg., ff. 562-563.

An hern von Posnaw, 15 Aprilis.

Wir wollen E.L. freuntlichen nit pergen, dass wir gestern nachmittags von dem cum titulo marggraff Johansen<sup>1)</sup> ein schreiben bekommen, darinne uns s.l. anzeigen und vermelden, wie sich dieselb mit E.L. eins bewusten handels halb allerlei unterredet, auch entlich zwischen beeden E.L. dahin geschlossen where, E.L. sich mit uns freuntlichen zu besehen und in denselben hendeln nach notturft zu bereden, auch mittel und wege, wie der handel vortzustellen etc., mit angehaften freuntlichen bitten, wie E.L. nach fur Ostern ader jhe bald darnach zun uns auf unser haus Risenburgk betagen wolden. Welchem nach wir nichts begirlichs weder uns mit E.L. als unserm besonder gelipten freund und brudern freuntlich zu sehen und zu bereden. Hetten auch derwegen gern fur Ostern einen tag ernennet. Weyl uns aber das schreyben spat zukhomen, hat es aus kurze der zeit nicht zulangen mögen. Damit wir uns nu tragender begir und unsers vettern und brudern bedencken nach mit E.L. furderlich besprechen mögen, seint wir entlich bedacht und entschlossen, uff den nehern sonstag nach Ostern uf unserm haus Risenburgk einzukhomen und derselben E.L. zu warthen, die bedencken in obgemelten hendeln anzuhören und uns mit E.L. der notturft unserm geringen verstand nach zu bereden. Do aber E.L. solcher tag nicht gelegen ader bequem, bitten wir, E.L. einen andern ernennen, uns denselben freuntlich forderlich zuschreiben und anzeigen wollen. Seint wir vermittelst gotlicher gnad denselben zu halten entschlossen. Und wolten E.L. etc).

a) *in concepto sequitur*: dis in eyl, darnach sy  
sich zu richten, freuntlichen nit pergen.  
Datum.

1) *Ioannes marchio Brandenburgensis, frater  
Ioachimi II electoris.*

N. 3324.

*Ex villa Burkersdorff, 26.IV.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Andreae a Górká, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,  
dilationem sui cum eo conventus ad diem 16 Maii, licet nonnihil molestiae sibi  
attulerit, intellectis tamen eius morae rationibus, se facile admittere nun-  
tiat.*

*Cfr. El. XXXVIII, N. 1161.*

*Ostpr. Fol., vol. 53, f. 801.*

Comiti de Gorckau, XXVI Aprilis.

Accipit excusationem, quod ad constitutum diem et locum praesto esse  
nequeat.

Magnifice et Generose, Amice, Frater ac Compater perchare.

Magnificentiam Vestram celare nolumus nos in ipsa profectione, cum  
hanc villam nostram ingressi essemus, accepimus Magnificentiae Vestrae  
literas. Ex quibus intelleximus, quid obstiterit, quominus Magnificentia  
Vestra ad constitutum diem et locum praesto esse possit. Etsi autem ex eo,

quod alter Magnificentiae Vestrae notus collega<sup>1)</sup> id negotii maturandum duxerit, sperassemus fore eo citius in effectum itura omnia, tamen cum intelligamus certas Magnificentiam Vestram habere rationes, cur eam rem adhuc in decimum sextum Maii usque differendam censeat, facile hanc moram, licet nonnihil molestiae nobis pariat, admittemus<sup>a)</sup> dabimusque operam, ut dicto tempore, favente Deo et valetudine nostra, ad designatum locum nos conferamus. Quod Magnificentiae Vestrae responsi loco per amice rescribendum putavimus. Quae ut interim bene valeat, etiam atque etiam precamur. Datae ex villa nostra Burkersdorff, die XXVI Aprilis.

a) *in margine.*

1) *Ioannes marchio Brandenburgensis* (cfr. N.  
*praeced.*).

N. 3325.

*E Regio Monte, 27.IV.1549.*

*Albertus dux in Prussia  
Bonae reginae Poloniae  
pro reicta vidua Martini Hermensdorff.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 822-824.*

N. 3326.

*E Regio Monte, 27.IV.1549.*

*Albertus dux in Prussia  
Nicolao Grabia, castellano Chelmensi, R.P. vicecancellario, et, mutatis mutan-  
dis, episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski] et Stanislo Hosio  
pro reicta vidua Martini Hermensdorff.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 788-789.*

N. 3327.

*E Regio Monte, 5.V.1549.*

*Albertus dux in Prussia  
Ludovico Montio Mutinensi  
pro binis litteris et officiis oblatis gratias agit; de ducis de Ferandina infelici  
casu dolet; profectioni eius in Italiā omnia felicia precatur et nova, scitu  
digna, sibi illinc scribi petit.  
Cfr. El. L, NN. 533, 534.  
Ostpr. Fol., vol. 53, f. 790.*

*Ludovico Montio, V Maii.*

*Agit gratias pro oblatis officiis cupitque sibi porro digna cognitu com-  
municari.*

Famate, fideliter nobis dilecte.

Binas a te accepimus literas, ex quibus intelleximus, quanto studio  
quantaque diligentia officia tua nobis oblata cupias, ita ut nihil eorum,  
quae nostra scire refert, celando nos esse putas. Quam animi tui erga nos  
affectionem ea, qua debemus, clementia prosequimur. Ac quoniam in alteris  
tuis literis cognovimus egregium de Ferandina Ducem fatali quodam  
casu extinctum, merito illius vicem condolemus, praecipue cum talis fuerit,  
quemadmodum tibi depredicatur.

Profectioni tuae in Italiam omnia felicia precamur, quam ut incolumis  
et cum fruge perficias, optamus. Clementer te hortantes, ut si quid porro  
scitu dignum cognoveris, ea qua consuevisti fide et diligentia nobis communi-  
nices. Feceris enim in hoc rem non modo nobis gratam, verum et clementia  
ali quando nostra recompensandam. Bene vale. Datae Regio Monte.

Commissio Principis  
Relatio Cancellarii  
A[ndreas] M[untzer].

N. 3328.

[E Regio Monte, 5.V.1549.]

*Albertus dux in Prussia*

*duci de Otyka [Nicolao Radziwill]*

*Ioannem Gradowski, vicecapitaneum Caunensem, et eius negotium "de impe-  
trando villicatu aut tenuta" commendat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 790-791.

N. 3329.

[E Regio Monte, 5.V.1549.]

*Albertus dux in Prussia*

*Christophoro Konarski*

*litteras eius de Stanislae Hosio a rege Romanorum et proceribus Imperii  
humaniter excepto se accepisse nuntiat et bonum exitum legationis eius-  
dem Hosii exoptat.*

Cfr. El. XXXVIII, N. 1163.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 40-40v.

Ahn Christoffen Conarski, den 5 May anno 49.

Erbar, lieber, getreuer.

Wir haben dein schreiben, den 25 Aprilis zu Crakau ausgangen, neben  
eingeschlossener schrift vom lantgraven<sup>1)</sup> bekommen und seher gern daraus  
vernomen, das der herr von Colmensehe, doctor Hosius, bey der ro.ko.mt.<sup>2)</sup>  
also angenem gewesen und sowoll von irer koniglichen mt. als andern herrn  
ehrlich sey gehalten worden, und seinh nicht weniger des trostes, so ehr  
von sich geschrieben, zum hochsten erfreueth. Der almechtige Got verleihe  
sein gnade, dass es im ahn andern orthen, do ehr hin zu gelangen furha-  
bens, auch dergestalh ergehen und seine gescheft nach willen und also

ausrichten moge, auf das es zu Gottes ehre und allerseits landen und leuten zu friede, ruhe und einigkeith gereichen moge. Und thun uns dess, wess du mith diesem und anderm in deynem schreiben eroffnet, darahn uns dan zu gefallen geschehen, gnediglich bedancken, nachmals begerende, do ferner etwas furfelth, das uns zu wissen notigk sein mag, du wollest uns dasselbe nicht vorschweigen, wie wir uns dann zu dir nichts anders vorsehen. Des wollen wir in gnaden erkennen.

Relatio Cancellarii.  
A. Ditch.

- 1) *Philippus, landgravius Hassiae.*
- 2) *Ferdinandus I.*

N. 3330.

*E Regio Monte, 5.V.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Gradowski, vicecapitaneo Caunensi,  
liberam per fluvios suos lignorum traductionem ei concedit, ea tamen condicione, ne eiusmodi ligna in his nemorum partibus excisa sint, de quibus adhuc inter utrumque Ducatum controversia est, et ne quid iuri vectigalium suorum inde decedat.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 791-792.*

N. 3331.

*Neuhausen, 6.V.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,  
iterum de sorore regis [Catharina] in uxorem sibi a rege promissa et de longa  
mora in dando sibi hac in re finali responso interposita.*

Autogr.

*Cfr. El. XLIII, N. 83.*

*HBA, B, K. 1173 (et Ostpr. Fol., vol. 81, Heiml. Reg., ff. 570-589).*

Lieber Derle.

Sindt Ostern habe ich zwey schreiben von euch bekumen und bin erfret wet, das ir widerumb gesunt kegen Crakaw ankumen, domit ich auch ursach, euch mit meinen schriften zu ersuchen, den mir dy zeit fast lang weilich gefallen, das ir so lang von Krakaw gewesen.

Sofyl nun das erste schreiben angehet, verstehet ich sofyl, das dy zeit ewer diner Bohybel bey euch nit gewesen. Warumb ir auch durch Branten euch zu entschuldigen, das dy sach keinem andern vertrawet wollen werden auferleget, das durch in der grunt vernomen sol werden, wy den beschehen.

In dem nehern schreiben aber bey ewerm freunde, das mir freitags vor

datis worden, meldet ir, das ir auf mein filfeltigs notwendigs schreiben und fleissig solicitiren Asweri, der auch gleichmessig euch schreiben gehabt, das er euch sehen lassen, widerumb dy k.mt. vermag meins ernsten und entlichen schreibens ersucht und mit ir geredet, alle umbstendigkeit nicht gespart oder vergessen, sunder gancz unferholen mit allen trewen angezeigte. Auf welche ire mt. gnediglich geantwort und gesaget:

"Lieber Derla, ich weis wol und nymbt mich wunder, nachdem der herczog weis, wy im anfang diser handel beratschlaget, das es auch an meinem vordern und gnedigsten willen nie gemangelt, sunder unseumlich der handel bey key.mt.<sup>1)</sup> und andern ortern, do notig gewesen, vortgestalt, und thu es noch auf heutigen dag. Was aber mitlerzeit etzliche mit und unter einem schonen falschen schein herynnen sehen und mercken lassen, mus ich Got und der zeit befelen. Auch sihestu und kanst wol abnemen, das mein sachen fyl ein ander gestalt gewonen, dan zur Wilden in Littawen gehabt etc."

Hirauf bedancke ich mich erstlich kegen euch ewer gehabten muhe und fleisses. Das aber k.mt. wunder nymbt, wy ewer schreiben meldet, solt mich wol pillicher mer wunder nemen, wie in meinem nehern schreiben auch gemeldet, das mich k.mt. mit sofyl gnedigem erbitten und raten, noch also fur und fur im aufzug heldet und doch kein wort nit scheinen wil, das mir entlich, key.mt. schlag ab aber nit, s.mt. dy swester gewen wolle. Verhindert mich auch also, das ich an andern orten mus als ein falsch mensch geurtheilet werden, das ich an andern orten, do auch mit mir gehandelt, auch mit meiner antwort verzihen mussen; alleint auf solchen plossen won, do doch kein entlicher grunt auf ist, zu pawen, mich in nachred seczen und andre leut ire meuler mit mir waschen lassen. Do auch, wy in vorigem schreiben gemeldet, leut erfunden, dy offentlich sagen dorffen, das si nicht wissen kunnen, wy k.mt. zu raten, das si mir dy swester gebe, weil der babst<sup>2)</sup> nicht dispensiren wol: es sey den, das ich dy geistlichen guter abtrette und den babst und sein religion anneme. So sey auch nit muglich, das key.mt. bewillige, wie ich auch selbst schreib, und wo key.mt. nit bewillige, wis man keins wegs zu raten, das k.mt. mir dy swester gebe. Weil den dis sein sol, warumb sol ich mich nit wundern, das sich k.mt. so gnediglich ie und alwegen kegen mir erbitten, und doch kein volge dem beschehe. Sunder so es dise mainung hab, das man mich noch also aufzehuet und an andern orten auch verhindert, und mich in unglauen pringen.

Und das mir auch noch nit weniger selczam und wunderlich scheinet, das leut sein, dy sich entschuldigen, das si nicht geraten, an den key. zu schicken. Es were auch nicht in rerum natura gewesen, das man sich solte verphlichdet haben kegen dem key[ser], als wolt man ane seinen rat kein frewichen verheiraten, alleint wer das an den cardinal von Auspurgk<sup>3)</sup> geschrieben gebeten, irer mt. dy freuichen zu comediren helfen, raten und anzeigen, welche fursten bey irer mt. in gnaden stunden, das man dy freuichen dohin verheiraten mochte. Er glaubte aber, es were vor der zeit an key.mt. nie kumen; do es gleich dohin kumen, lang vergessen gewesen, wo mans itzt nit vernewret etc.

Ach, lieber Her und Got, was wunder treibet doch diese schnode welt. Zu Krakaw, do angehalten wurde, das man handeln solte, auch durch euch, vertrawet, k.mt. were mit allem thun schon vertig. Ich wurde si mit mir hinwegk furen. Wy endert es sich, do wurt gesaget, es kunte hinter babst und key.mt. vorbewust nicht geschehen. Den kegen dem key[ser] het man sich verphlichdet, itzunder spricht, es sey nie in rerum natura gewesen, das man an key[ser] schreiben hat sollen. Warumb hat mans aber gethon, was

sol ich anderst daraus verstehen, wen, wy oft gesaget, das man mit mir wy mit einem affen spilen thut und bey der nasen umbzeuhet etc.

Zu Krakaw ist öffentlich in filer meiner rete beywesen geredet, wy auch m.g.h. noch sich kegen euch vernemen lassen, man gunne mir si vor allen andern. Item zuvor kegen euch gedacht, man wolte nurt, das der dag und dy stundt, das ich eine begeret, man wolt mir si selbst pringen. Man hat siche gar umbgewant, man hat an key[ser] geschrieben, do es doch nit in rerum natura gewesen. Was, sol man nit verstehen, das nit practicen verhanden, sunderlich weil auch gedacht, das man keynen menschen auf diser erden hab, noch zu haben vermeye, zu dem man sich mer gutes und trew verseehe als zu mir.

Wo den dem also, wy wurt dem trewen versehen gelonet, do nurnt zuvor im nehern schreiben an den cardinal gebeten, key.mt. dy frewichen zu comendiren? Warumb hat man den nun so weit gangen und an key[ser] geschrieben, do doch dy person in irer entschuldigung auch saget, er glaub aber, es were vor der zeit an key.mt. nie kumen; und do es gleich dohin kumen, lang vergessen gewesen, wo mans itzundt nicht verneweret. Zu Krakaw wurd öffentlich gesagt, man wuste sich zu erindern, das an key[ser] durch befelich der ku[nigin] Bona geschrieben. Man macht mirs aber so pundt, das ich schir zu dem sagen muss, der dis also furgibt, wy das gemein sprichwort laut: Oportet simulantem esse memorem. Secze aber dis nit, das ich iemandes domit besweren wolle, sunder das meines wunders ir auch meine ursachen sehen moget. Und ist mir lieb, das k.mt. euch befolen, irer mt. mainung und gnedigen willen mir anzugezeigen. Und wywol ich pillich k.mt. rats volge, so ist myrs aber auch zum hogsten beswerlich, weyl ich dise tragedias also spure, den verzug lenger als eins iares nun her mercke und doch keinen gewissen grundt eines rechten trostes sehe, das ich mich lenger sol aufhalten lassen. Und wen ich auch selbst bey der hant gewesen, wolt ich den verzug der treyer wochen nit angenumen haben, k.mt. hette mich den gewis vertrostet, key.mt. bewilliget aber nit; item der babst dispensiret aber liss, das mir s.k.mt. gleichwol dy swester geben wolt. Wo das nit beschehen, wolt ich aus filen ursachen den handel abgeschniten haben und meine sach an andern orten gevordert. Weil es aber geschehen und nun, ehe dis schreiben an euch gelanget, dy trey wochen auch fast aus sein, wie hoch es mir auch beswerlich, mus ich k.mt. zu dinstlicher underdenigkeit dis, sowol als mer anders euch bewust, tragen.

Ich bitte aber und begere an euch, ir wollet dy sach weiter nit aufschiben lassen, sunderlich wo nit unwyderruflich und also befestiget, mir dise zusag beschehe, es bewillige keyser aber babst, wy sis durcheinander machen, das gleichwol k.mt. mir dy swester gewen wol. So schneidet den handel ab. Domit aber mitler weile, weil ich entlich zwischen hie und Phingsten aufs lengst und nit lenger an andern orten zu harren vertrostet, so ist mein entlich bitten, ir wollet mir auf das eylichst ein entliche antwort bey dag und nacht zuschreiben. Den wo verzogen, solt ir wissen, das ich wil antwort an dy ort zuschreiben, das si auf Phingsten do sey, und wil entlichen ia beschlossen. Darumb sewmet mich mit der antwort nicht, den ich kan nit mer, alleint eine haben, und wen ia zugeschriben, kan ich numer nein sagen. Darumb bitte ich, k.mt. wolle mich des nit verdencken und selbst darvor sein, das kein irtum einfalle etc.

Lieber Derla, ewer schreiben meldet weiter, das k.mt. zu euch gesaget, wie das s.mt. wol wisse, das eczlich leut domit practiciren und umbgehen, das si gerne widerwillen oder feintschaft zwischen s.mt. und mir erwecken mochten. Zu welchem doch s.k.mt. durch gotliche hilfe ier leben kein

ursach sein noch geben wolle etc. S.mt. achten mich auch in dem fyl zu ferstendig, das ich mich alswol s.mt. zu keiner unbilligkeit reitzen werde lassen etc. Hirauf mage ich mit guter warheit euch das mitdeylen, das ich in der warheit nit gemercket ober weis einige person, daraus ich verstehen mogen, die feintschaft aber widerwillen wider k.mt. aufzurichten vorgehabt. Das aber mit andern leuten auch offentlich nicht schult gewen, das si in der sach hinderer sein, wil ich nit verneinen. Ich dancke aber meinem lieben Got, der mich durch sein wort weiset, das cristen, so si irem hern nachvolgen wollen, ier creucz auf sich nemen sollen. Item das Paulus auch leret, man sol den vervolgern gluende colen auf das haubt schutten<sup>\*)</sup> und fur das ubel eytel gudtatten thun. Weil ich den schuldig, meines hern und hirten stimme zu horen, gehorchen und zu volgen, der do spricht: mihi vindictam et ego retribuam, hab ich mich wider dyselbigen nichts bewegen wollen lassen. Fiel weniger sol sich mein lieber her, den ich also liebe, davon ich umb verdachts willen nichts seczen wil, sunder Got den zeugen und erkennen sein lassen, des kegen mir versehen. Kegen k.mt. aber bedanck ich mich gancz unterdenig, dinstlich und auch freuntlich, das sich s.k.mt. so gnediglich kegen mir vernemen lesset, das s.mt. durch gotliche hilfe zu widerwillen ader feintschaft ier leben lang kein ursach sein noch geben wolle. Des wil ich mich auch zu s.k.mt., weil dyselb euch befohlen, dis alles an mich zu schreiben, genczlichen getrosten. Und bitte auch, s.k.mt. wollen sich zu mir, irem plutfreunt, diner und getrewen lehenman, anderst zuglauben, den das ich mich auch in allem pillichen kegen s.k.mt. durch gotliche hilff nicht geringer aber untrewer erfinden und lassen, den wie es einem trewen plutterwanten, lehensfursten, unterthon und diner wol anstehet und gepuret, und, ab Got wil, zu keinem unbillichen reyssen wil lassen.

Das ich aber fur und fur umb schleunige, unferzugliche, stathafte antwort tringe, bitte und hoffe ich, werde mich k.mt. nicht verdencken noch gunnen, das ich in einigen unklimpf, verschmelerung aber vergleinung meiner ehren ader estimation kume. Und bitte abermals gancz auf das dinstlichste, s.k.mt. wollen mich nit lenger aufhalten noch verzihen, sunder einer entlichen antwort in gnaden mit ia aber neyn vermercken lassen. Den sein mt. sollens gewis achten: wurt mir ier mt. ire swester zusagen, do mir den gepuren wurt an dem andern ort abzuschreiben, so werde ichs so glimpflich nicht machen kunnen, das mir nicht am andern ort, do ich nun zwey iar aufgehalten, nicht ein unglympf zugemessen und phileicht ane grossen und unfreuntliche meynung nicht zu gehen wurdet. Welches ich gleichwol alles umb s.mt. willen tragen werde mussen, wils auch gern thun.

Solt aber bey s.mt. mir ein abschlag volgen, welches den in Gottes henden stehett, in des gnedigen willen ich mich auch ergebe, so wurt gewis volgen, das das ander theil sagen wurt: het er bey Polen sein sach erhalten kunnen, so wurde er dis wol abgeschlagen haben, und wurden domit nit unrecht reden. Es mocht sich aber auch daraus allerley ereugen, a)den mir auch von dem ort geschrieben, wy das gemein gerucht bey ynen, das k.mt. mir sein swester geben solle<sup>b)</sup>. Do mus ich gleichwol umb s.mt. willen, do mich niemandes, alleint s.mt. eingeleitet, horen und dulden. Wil mich hirumb bey s.k.mt. verhoffen, sy werde dis alles in gnaden erwegen und mich schleunich mit gnediger antwort versehen, sunderlich aber, weil diser handel ewerm schreiben nach s.mt. so gnediglich und stetigs vor augen stehet etc. und s.k.mt. selbst bekennen und euch schreiben heissen, das keiner in der welt sey, dem k.mt. sein swester lieber gunnen thu. Gunt mirs den s.k.mt. so gnediglich, so verhoffe ich ie, s.mt. werden nummer entlich beschlissen etc. Und wil abermols gebeten haben, s.k.mt. wol keinen lengern

verzug machen, den ich kan mich auch nit lenger aufhalten lassen, aus angezeigten und fyl mer andern ursachen.

Lieber Derlen, ir habt in ewerm schreiben k.mt., m.g.h., gnedig gemuet kegen mir dermass eroffent, das mich auch dy wort, als nemblich: "Lieber Derla, das magstu mir in ganczen trewen vestiglich glauben, das ich keinen menschen auf diser erden hab noch zu haben vermeine, zu dem ich mich mer liebs, guts, auch aller trewen versihe, den zum herczogen in Preussen etc.". "

Dis so hoch und gnedig vertrawen, so ir mir aus kuniglichem munde erofnet, wy oben gedacht, tringet mich auch, ab ich wol grosse und wichtige bedencken hab, dy mich pillich abhilten, das ich mit der federn innen hilte, so beweget mich doch dy phlichte kegen meinem hern auf das hohe und gnedigst versehen zu mir, das ich alles hindan seczen muss, es sein bewegen hin und her, von feintschaft aber was des sein und heissen mag, auch unangesehen des weysen mans rat, das sich keiner zu raten unterstehen sol, er werde den zum rat ervordert, das ich euch in vertrawen, k.mt. nit zu pergen, dis eroffen muss; do ich an k.mt., aber auch euch, nit zweifel, das s.mt. und ir meine trew so hoch erwegen werdet und dis in geheim behalten. Es were dan, das k.mt. daraus ein nucz volgen mochte, und iamert mich der gut loblich kunig, das leut erfunden sollen werden, dy s.k.mt., wy man schir offentlich reden wil, zu aller unbestendigkeit und wanckelmuet, das denn einem kunig nicht wol anstehet, auch noch wol einem geringern, das er heut weis, morgen schwarcz sich vernemen solle lassen, furen sollen. Und abwol s.k.mt. leider, Got erbarms, sich aus verlof-nem handel, der wo er zu wenden, ich Got bitte, s.k.mt. nie angefangen, phileicht allerley beforchdet und darumb sich so furen lesset, kunt ichs doch s.k.mt. bey meinen phlichten numermer raten. Den es wurt fylfeltig gere-det, das sich iederman eines grossen bestandes bey k.mt. getrostet. Man sehe aber leider, das gar kein bestandt bey s.mt. erfunden und fast welsche regirung furgenumen, das wo man heut einem was zusaget, morgen ist es nein, heut bestetiget man einem alle seine prifilegien, morgen so pricht man alles das, so man gestern bestetiget hat, zudem das man k.mt. sunder vorchtsam mache und fast schir wy zu einer tiraney reicze.

Wo dem also und das beschehe, kan ich anderst nit finden, alleint das k.mt. ire groste ehre, estimation und klimpf entzogen, der leut gemuter gancz abalienirt von s.k.mt. wurden und s.mt. dohin geraten, das auch zu befaren ein entlichs vertreyben, den noch nie erfahren, das tiranische rege-ment lang bestanden, und ein gemeyn sprichwort ist: wer von filen gefor-chet wil sein, der musse auch viele vorchten. Der allerweisest aber, der in diser welt gewandelt, leret fyl anderst und spricht Cristus (Mathey am 5): Selig sind dy senftmutigen, den sy werden das erdenreich besiczen. Spricht nit: dy tiranen, dy mit gewalt daran wollen. Wer nun s.k.mt. reiczen thut, das sy wider yemandes mit gewalt und tiraney vortfaren sol, mus furwar aus keynem verstandt thun aber nicht wissen, was krig, tiraney und dergleichen mit sich pringen, aber mus seinen eigen nucz aber erhebung suchen. Ich aber, als der unferständig, rate auf dy trew, der man sich zu mir versi-het, ab ich wol mercke, das phileicht nit iederman gern sicht, das k.mt. mei-ner dorheit phlegen, so rate ich nit alleint, sunder bitte durch Got, s.k.mt. wollen sich nit bereden lassen, mit krig, gewalt aber tiraney seine hendel auszufuren, sunder volge dem allerglugesten unssern hern Cristo und regire mit senftmut, wy sein loblicher vater auch gethon, und sehe was er erlan-get. So wurt der segen Gottes auch volgen, das s.mt. das ertrich besiczen werden, volge gutem gemeinem rat, lege nit auf wenig dy purden, alleint

halt briff und sigel, freyheit und recht allen getrewen unterdonen und lege sich nit auf selczame unzimliche auslegung, sunder sey eines standhaftigen gemutes kegen iderman, regire mit ia und nein Cristi ler nach, so wurt s.mt. wolfaren. Und bitte zum beschlus aufs unterdenigst, s.k.mt. wollen mir dis mein schreiben in gnaden also fur gut haben, wy s.mt. auch mein trew und dinstlich hercz aus disem erfinden werden, und lass mich s.mt. in gnaden befohlen sein. Dy ich auch sambt euch und uns allen Gottes gnaden und segen thu befelen. Datis Newhaus, den 6 May anno 1549.

Albrecht marggraff und herczog etc.

a)-b) *in margine.*

\*) *Rom. 12, 20.*

1) *Carolus V.*

2) *Paulus III.*

3) *Otto Truchsess.*

N. 3332.

[*E Regio Monte*], 7.V.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Wunsam (in ms. Weynsam), civi Cracoviensi,  
mittit litteras quasdam et rogat, ut eas, cui inscriptae sint, sine mora in manus  
proprias tradendas curet.*

(Germanice)

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 39-39v.*

N. 3333.

*E Regio Monte*, 9.V.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, Samogitiae capitaneo,  
pro favore filio eius praestito tanta gratiarum actione, et litteris et oretenuis per  
magistrum Fridericum Staphylum sibi significata, non opus fuisse scribit;  
nuntiat non videri sibi consultum, ut filius eius in Regium Montem iam  
remittatur ("Etsi enim pestis tantopere hic non saeviat, tamen nec  
omnino desisiisse audimus"); equum cursorum libenter acceptat.*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 792-793.*

Hieronimo Kotkowicz, IX Maii.

Scribit non opus fuisse tanta gratiarum actione, et ut equum cursorum  
mittat.

Salutem et benevolentiam nostram.

Magnifice ac Generose, Amice singulariter nobis dilecte.

Quod Magnificentia Vestra tam per literas, quam ore eximii Magistri  
Friderici Staphili etc. tanta erga nos utitur gratiarum actione, minime opus

fuisset. Nos enim nihil tam praeclari nostrorum erga Magnificentiam Vestram beneficiorum extare scimus, ut eam iure aliquo agnosceremus. Nam quicquid hactenus Magnificentiae Vestrae filio<sup>1)</sup> favoris et benevolentiae praestitimus, id omne ex ea, qua erga Magnificentiam Vestram ferimur propensione animi, emanavit, ut si qua porro etiam in re Magnificentiae Vestrae aut eiusdem filio honeste gratificare possimus, in nobis nihil simus passuri desiderari. Quod vero Magnificentia Vestra eundem filium suum hoc remittere statuit, non videtur nobis consultum. Etsi enim pestis tanto-pere hic non saeviat, tamen nec omnino desiisse audimus. Quamprimum autem, disponente Deo, mitior et salubrior aura spiraverit, dabimus operam, ut id Magnificentia Vestra cognoscatur. Ac quicquid gratiae tunc Magnificentiae Vestrae filio vicissim exhibere poterimus, nihil Magnificentia Vestra de nostra clementia in dubium vocet.

Quod Magnificentia Vestra equum cursorium ad certamen equorum, quod circa finem Iunii hic haberi solet, mittere statuit, non renuimus. Quicquid illi Victoria largietur, id omne Magnificentiae Vestrae transmittemus. Quacumque enim in re Magnificentia Vestra favore benevolentiae nostrae uti poterit, in eo benevolum nos illi praebemus. Ac Magnificentiam Vestram feliciter valere percupimus. Datae Regio Monte.

A[ndreas] M[untzer].

1) *Ioannes.*

N. 3334.

E Regio Monte, 9.V.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Stankiewicz*

*pro subdito suo Michaele Bybernick, qui se a quibusdam in Samogitia impediti queritur, quominus libere ibi negotiari possit, intercedit, ut vigore contractuum libera ei in Samogitia negotiandi facultate frui liceat.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 794-795.*

N. 3335.

E Regio Monte, 10.V.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Gregorio Chodkiewicz, capitaneo Caunensi,  
ea, quae per virum sibi notum [Fridericum Staphylum] sibi ab eo relata sint,  
se intellexisse nuntiat, et quamvis animum suum nonnihil turbarint, Deo  
tamen committenda esse censet.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 793-794.*

S.l., 12.V.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,  
caseolos promissos regi transmittit; rogat, ut Friderico Staphylo, in ditiones  
regis se conferre cupienti, litteras passus a rege impetrare studeat.  
Ostpr. Fol. vol. 45, ff. 40v-41v.*

Ahn Gabriel Therlau, den 12 May anno etc. 49.

Wir fugen euch gnediger meynung zu vornemen, das wir vergangenen winther fur dye ko.mt. zu Polen etc., unsern gnedigen herrn und freuntlichen lieben oheimen, ein klein virtelfeslein guter keslein bestelleth. Welche wir eine gute zeithlang, auch fast den winter uber bey uns gehabth und bisanhero irer ko.mt., wiewoll wirs zum offtermhal willens gewest, aus beyfallenden verhindernussen nicht zugefertigt. Seinthalen wir aber neulich dieselben keslein selbst probireth und sie noch in voriger worden befunden, so thun wir euch hiemith solche bey zeigern zufertigen, gnediglich begerend, ir wolleth sie hochbenanter kor mt. von unsertwegen, mith zubehorigem geburenden wunschen und erbietungen, als ir dem ohne unser erinnern guete mass zu geben wisseth, unterteniglichen uberantworten.

Hirneben seinthemall der achtpar und hochgelerter unser diener und lieber getreuer Fridericus Staphilus, seiner gelegenheit und nottuft nach, sich in kor mt. landen zu begeben bedacht, damith ehr aber soviel ehr und unvorhinderlicher seine gescheft vollbringen mochte, seinth wir unterteinst angelangth, wir wolten ime von hoch und vilgedachter irer mt. einen offenen passbrief, den ehr zu seiner nottuft gebrauchen muchte, befurdern. Und weil wir dann nicht zweifeln, eur person von kor mt. solchs leichtlich erhalten und zuwege bringen mugen, so ist unser gantz gnedigs begeren, ir wolleth ire mt. von unsertwegen disfals ersuchen und bieten, dieselb geruhe uns zu kor wilfarung und genanthem unserm diener zu gnaden, ime ein offene freye passbord, uff das ehr in irer mt. landen und ahn dene orthen, dahin ehr sich begeben thet, keins weges gehinderth oder uffgehalten, sonder vielmehr, do es ime vonnöten, umb kor mt. willen gefordert werden mochte, angesehen, das ehr nicht allein unser diener, sondern auch irer mt. untersass mith ist. Und do solcher offener briff oder passbort, als wir uns versehen, erhalten, wollet uns inen mith dem ersten bey zeigern zuschicken, denselben ferner unserm diener behendigen zu lassen. Darahn thut ir uns zu sonderm gefallen, in gnaden etc.

Commissio Principis propria, qui audivit.  
G. Schultz.

E Regio Monte, 13.V.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae  
Stanislai Wodziński, adolescentis sibi a rege a. 1547 commendati (cfr. El. LXII,*

*N. 2985), se habuisse rationem nuntiat, et quae ad se pertinerent, sedulo effecisse; nunc sibi significatum esse dictum puerum, se nesciente, discessisse; qua in re nullam se habere culpam asserit.*

(*Latine*)

*Cfr. El. XXX, N. 373.*

*Ostpr. Fol., vol. 532, f. 795.*

*N. 3338.*

*S.l., 17.V.1549.*

*Albertus dux in Prussia  
Erasmo Baucke, civi Cracoviensi,  
ligna undulata sibi suppeditari petit.*

(*Germanice*)

*Ostpr. Fol., vol. 45, f. 42.*

*N. 3339.*

*Riesenburgi (Prabuty), 18.V.1549.*

*Albertus dux in Prussia  
Ioanni Dobrzkowski, succamerario Plocensi,  
filium eius sibi commendatissimum fore significat.*

(*Latine*)

*Cfr. El. XXXVIII, N. 1167.*

*Ostpr. Fol., vol. 53, f. 793.*

*N. 3340.*

*E Regio Monte, 26.V.1549.*

*Albertus dux in Prussia  
Bonae reginae Poloniae  
pro salutatione, per Ioannem Leśniewski sibi allata, gratias agit; notum negotium suum promoveri petit, "ut tandem aliquid certi sive in hanc aut illam partem" obtineat.*

*Cfr. El. XXXI, N. 470.*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 797-798.*

*Reginae Poloniae, XXVI Maii.*

*Agit gratias pro dicta salute per Lesniowski, petitque negotium notum iuvari, ut ad finem perducatur.*

*Serenissima Regina, Domina Clementissima.*

*Pergratim mihi fuit, quod S. Reginalis Vestra Maiestas, pro singulari sua clementia et favore, me per nobilem Ioannem Leszniowski, Reverendissimi Cardinalis Augustani<sup>1)</sup> legatum, salutare<sup>a</sup>) et invisere dignata fuerit. Quod cum debita, ut par est, reverentia accipiam, ita vicissim non minus*

felicissimorum successuum S. Reginali Vestrae Maiestati reprecor. Quoniam autem ex eo ipso legato cognovi S. Reginalem Vestram Maiestatem nuntium suum adhuc ex aula Imperatoriae Maiestatis<sup>2)</sup> expectare, gratum mihi fuit S. Reginalis Vestrae Maiestatis hac in re iuvanda studium et diligentia. Quantum vero ex dicto oratore cognovi, videtur mihi negotium illud, de mora in moram protractum, aliquid latentis dubii alere. Quod S. Reginalem Vestram Maiestatem pro singulari sua prudentia perspecturam non dubito. Ita tamen, ut eadem officiose rogatam faciam, dignetur ea, qua consuevit, benevolentia hanc rem, ut tandem aliquid certi sive in hanc aut illam partem obtineam, clementer iuvare et promovere. Licet enim nunquam Imperatoriae Maiestatis consensus accederet, sane molestum mihi esset de die in diem veluti spe vana lactari, verum S. Reginalem Vestram Maiestatem, quemadmodum semper, ita et nunc facturam persuasum mihi habeo.

Summam legationis praedicti oratoris meique in eam responsi sententiam, ubi Reginalis Vestra Maiestas desideraverit, aut antea ex dicto oratore cognitam non habeat, me illi officiose communicaturum promitto eamque his quam felicissima et prospera valetudine una cum Serenissimis filiabus perfungi exopto. Datae Regio Monte etc.

A.M.

a) *in ms. salutari*

1) *Otto Truchsess.*

2) *Carolus V.*

N. 3341.

*E Regio Monte, 26.V.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*rogat, ut rex in negotio suo [matrimoniali] aliquid tandem certi sibi respondere velit, nec se in ancipiiti ex imperatoris placito pendere patiatur.*

*Ostpr. Fol., vol. 53, f. 800.*

Regi Poloniae, XXVI Maii.

Petit negotium fini demandari, non expectato etiam responso Imperatoriae Maiestatis.

Serenissime Rex etc.

Quae fuerit Reverendissimi Cardinalis Augustani<sup>1)</sup> oratoris legationis summa, nobilis Ioannis Liensnioskyz<sup>2)</sup>, non puto S. Regiam Vestram Maiestatem latere, ut eo minus, quid ad ea ipsa responderim, S. Regiam Vestram Maiestatem ex dicto oratore intellecturam dubitem. Quoniam autem praeter opinionem negotium illud, cuius nomine toties tam literis, quam per legatum, apud S. Regiam Vestram Maiestatem officiose egi, magis ac magis protrahi et differri, ac non nisi ex Imperatoriae Maiestatis<sup>2)</sup> consensus adversaque ipsius valetudine pendere intelligo, ut moram hactenus non citra<sup>a)</sup> molestias tulerim eamque, licet nunquam consensus aut responsum imperatorum daretur, diutius alere rationum mearum non sit, subdite S. Regiam Vestram [Maiestatem] oro, ut tandem certi aliquid

in hac aut illam partem significare dignetur, nec me in ancipiti porro ex Imperatoria Maiestatis aut aliorum quorumvis placito pendere patiatur. Fecerit hac in re S. Regia Vestra Maiestas, si qua unquam in re alia, mihi longe gratissimum ac debita mea fide subditisque officiis reverenter demerendum. Datae Regio Monte.

A.M.

a) *in ms. circa*

z) *sic in ms.*

1) *Otto Truchsess.*

2) *Carolus V.*

N. 3342.

*E Regio Monte, 26.V.1549.*

*Albertus dux in Prussia  
episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski]  
responsu[m] suu[m] ad Ioannis Leśniewski, cardinalis Augustani [Ottonis Truchsess] oratoris, legationem ex ipso eum cognituru[m] esse nuntiat; notum negotiu[m], de mora in moram protractu[m] et dilatum, commendat.  
(Latine)  
Cfr. El. XXXVIII, N. 1166.  
Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 798-799.*

N. 3343.

*[E Regio Monte], 26.V.1549.*

*Albertus dux in Prussia  
Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,  
Ioannem Gradowski, vicecapitaneum Caunensem, commendat et rogat, ut  
causam eius apud regem promoveat.  
(Germanice)  
Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 42v-43.*

N. 3344.

*S.l., 28.V.1549.*

*Albertus dux in Prussia  
Stanislaw Bojanowski, secretario regio,  
negotiu[m] nepotis sui [Georgii Friderici marchionis Brandenburgensis], non ex  
sententia expeditum, Deo committendum esse putat et rogat, ut una cum  
Gabriele Tarlo et Assuero Brandt de finali responso in causa sua matrimo-  
niali instet; pro scriptis novitatibus gratias agit.  
(Adest. conc. Germ., HBA, B, K. 1173).  
Ostpr. Fol., vol. 81, Heiml. Reg., ff. 616-619.*

An Stanislaus Boianovsky, den 28 May 49.

Lieber Boyanofie.

Das wir euch auf eur jungstes schreiben mit eigner handt nicht antworten, wollet uns zu gutte halten, dan wir zu diser zeit also mit gescheften überheuffet, das wir es ohne beschwer über uns nicht nhemen mochten. Thun uns gleichwol euers schreibens, mitteylens und vermeldens gantz gnedigst bedancken. Und dieweyl wir euch zuvor von dem handel, so Kno-blochsdorff unsers jungen vettern<sup>1)</sup> halben bey ko.mt. gesucht, beanthwortet, lassen wirs dabey beruhen. Seint mit euch einig, das alles unserm jungen vettern zu nachteil gemeinet. Gott wolle s.l., auch iren rethen gnade geben, dass dem argen vorkommen, und ist uns gar nicht zugegen, do ir s.l. in irem obligen ethwas rathen, dienen und helfen konnet, ir euch darzu gebrauchen lasset, sonder was des geschicht, sein wir in gnaden zu erkennen gewilligt.

Das ir bey eurem vorigen urteil in bewuster sachen beruhet, ist nicht ohne ursach, seinthemal darzu unsers erachtens wol schlissende argumenta dargeben, und ob wir wol dergleichen gesehen und uns duncken lassen, so hapt ir doch aus vorigem unserm schreyben nothwendigen bericht, dorumb wirs nicht mercken wollen und bis dahero beruhen lassen. Leidt aber ist es uns, dass wir über alles andere, davon numher zu schreiben ohne noth, erst nach weyther beschwert werden sollen, als wheren wir selbst schuldig daran, hetten nicht vertrauet ader nicht offen gangen, so wir doch zu Cראaw nichts hinderhalten und eigner person den gantzen handel mit allen umbstenden erzelet. Zur Wylda aber treulich rath gesucht und inhalts desselben uns weither gehalten. Derwegen uns mit grosser unbilligkeit die schult, die andere byllicher<sup>2)</sup> tragen, zugelegt. Es gehet aber dem gemeynen sprichwort nach recht: wan man den hunt schlählen wil, so hat er leider fressen. Do wollen wirs auch hinlegen, uns der unschult trosten, Gott alles ergeben, der gibt was seyn wil ist. Gnedigst begerende, ir wollet neben hern Terlen und unserm diener, dem Brandten, mit vleiss umb entliche antwort anhalten, dan wir uns lenger aufzihen nicht khonnen lassen.

Der grossen frolockung über des landtgrafen<sup>2)</sup> schreyben where ohne noth, dan obgleich bey eyнем solchs geschicht, so ist doch aus solchem das general nicht zu schlissen und ist sich des sprichworts zu trosten: Es leit nicht ahn den wolffen, das die hunde sterben etc.

Der zeytung seint wir danckpar. Gott wolle alles zu seinen ehren verleyen und Hosio die gnade geben, dass ehr uns fride bringe.

Was mit ko.mt. auszug, dem reichstag ader anderm sich weither zutregt, seint wir von euch gewertig und thun euch hiemit etc. Datum ut supra.

Cantzler.

z) sic in ms.

1) Georgius Fridericus, marchio Brandenburgensis. 2) Philippus, landgravius Hassiae.

N. 3345.

E Regio Monte, 28.V.1549.

Albertus dux in Prussia

Stanislao Sobek

pro communicatis novitatibus, licet sero sibi allatis, gratias agit et roget, ut porro sibi nova, scitu digna, scribat.

(Latine)

Cfr. El. XXXVIII, N. 1150.

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 799.

N. 3346.

E Regio Monte, 28.V.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Andreae a Górkā, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,  
magistrum Fridericum Staphylum, in Germaniam proficiscentem, commen-  
dat.*

(Latine)

Ostrpr. Fol., vol. 53, ff. 799-800.

N. 3347.

S.l., 1.VI.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*castellano Posnaniensi [Andreae a Górkā]*

*refert de responso Stanislao Hosio, regis Poloniae ad regem Romanorum ora-  
tori, ab eodem rege Romanorum dato (cfr. El. XXXVIII, N. 1169, annexum  
II); novitates quasdam ex Germania litteris se adiunxisse nuntiat, quas  
tamen fictas et falsas esse putat.*

Cfr. El. XXXVIII, N. 1174.

(Adest. conc. Germ., HBA, B, K. 1173).

Ostrpr. Fol., vol. 81, Heiml. Reg., ff. 619-621.

An hern von Posen, den 1 Junii.

Wir erinnern uns des schreibens, so ir uns zu Risenburgk lesen lassen, in welchem under anderm der anthwort ro.ko.mt., so D. Hosio gegeben, gedacht worden und wess in demselben allerley bedencklich mit eingefuret. Nun ist uns dise beyverwarte schrift gesterigs tags zukhomen, aus welcher wir ethwas mehr und weythers vernhemen, dan auch zuvorn gesehen mögen; dass wir bey uns in dem whan sein, es sey die anthwort, wie E.L. sie uns mitgeteilt, zu Crackau gemildert und dis E.L. und den andern vorsetzlich geborgen. Und seint aus solchem allem des, so zwischen uns beeden kleglich gedacht worden. Der Herre woll gnad verleyhen, dass ahn bewustem orth die augen geöffnet und nicht mehr dan die nothwendigkeit vertrauet; auch denne, so vor augen stehet, geburlich widertrachtet. Und sodan nichts guttes aus allem zu nhemen, ja die entliche gefarligkeit (und so zusag), schir der angriff vor der thuren, E.L. aber bewust, was vor hendel, die uns allen zu nutz und besten khomen mögen, daneben eingefallen. Wher wol unser bedencken, man thet in zeiten darzu, schluge niemandts aus und sterckte sich also, dass im fhal der noth, die Gott lang verhutte, sich derselben und vieler anderer zu getrosten und irer aller rath, hulff und trost zu gebrauchen. Zu welchen E.L. als eyn vornembster rath, irer grossen geschicklichkeit nach, mass zu finden werden wissen. Konten wir als der einfeltige, der zu solchem nicht gefordert, ethwas rathen und dienen, das theten wir gerne.

Was sonst vor zeytung ahn uns gelangt, haben E.L. beyligend. Wir achten die deutschen zeytungen vor erticht ding, damit man der leuthe herzen erfahren möge und unter dem scheyn sich selbst zum besten den hauffen in geheim zusammen bringe. Mit welchem hernach wir alle villeicht eher dan

andere angegriffen. Doch stehet es bey Gott. Das wir aber solchs bey uns gedencken, ursacht uns die vorigen ergangenen handlungen, do man in der zeit mit anderer leuthe grossen beschwer vom tode erstanden. Hirumb wol nötig, auf alle ding guth acht zu geben und sich also zu schicken, dass man nicht alzu sicher gefunden. Die zeit ist gefarlich und die leuth seint geschwind. Umb so viel mehr werden E.L. sich mit al dem zu schicken wissen. Solchs wolten wir E.L. in sunderlichem vertrauen nit pergen. Dan etc.

Cancellarius.

N. 3348.

[*E Regio Monte*, 2.VI.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Alberto a Machwitz*

*querimonias eius de Bernardo Pretwicz sibi displicere nuntiat eumque hortatur, ut se huiusmodi querelis et contumeliis in dominum suum abstineat; notum facit ei, si apud Pretwicz diutius manere nolit, se eum palatino Belsensi [Nicolao Sieniawski] commendasse.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 44v-45.*

Ahn Hans Albrechten von Machwitz, den 2 Junii.

Wir haben dein schreiben empfangen und lesende eingenomen. Befinden daraus, wess du dich über Pretwitzten beschweren und daneben bitten thust. Nhun hetten wir woll leiden mogem, du dem ehrlichen gueten manne nicht dergleichen als dass er einen hunt, when wir ime den schicken, besser halden solde dann dich, nachschreiben oder nachreden thetest. Hast uns auch daran keinen gefallen gethan, sondern ist unser gnediges verwarnen, du dich hinfurth solcher hönischen worth deinem herrn nachzureden enthalten wollest. Daneben hetten wir auch woll gemeint, du mit Bretwitzten zu felde gezogen und nicht also stille gelegen und gezerth haben soltest, dann du ihe derwegen dahin von uns geschickt, das du als ein junger gesell etwas sehen und erfahren, und nicht allewege gute tage, sondern iheweilen noth leiden und dadurch dich ethwas versuchen kondest. Dass du aber gar von dannen ziehen woldest, ist uns nicht gefellig in ansehung, das du erst hinkommen, sondern wo du ihe bey Bretwitzten lenger nicht bleiben wollest, kanstu dich zu einem andern herrn begeben. Schicken dir auch hiemit 20 taler, nicht darumb, das du dich damith hinweg zu begeben, sondern uff das du dich desto bas zu erhalten, und haben dich durch beiliegende vorschrift, sofern du bey Pretwitzten nicht bleiben wilst, ahn den von Beltzki<sup>1)</sup> vorschrieben, mith gnedigem begeren, du dich aller gehorsamen gebur, und wie einem treuen diener eigent, auch dermassen, darob du uns Deutschen nicht ein bos lob machest, gegen ime erzeigen wollest. Daran etc.

Commissio Principis propria.  
H. Stendrich.

1) *Nicolaus Sieniawski, palatinus Belsensis.*

N. 3349.

E Regio Monte, 2.VI.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Policki*

*pro missis novitatibus gratias agit; valachum aut alium equum bonum sibi  
mitti petit; bobus se nunc non carere nuntiat; annuam pensionem (dienst-  
geldt) ei transmittit; de Ioanne Alberto a Machwitz queritur, quem se non  
eo Bernardo Pretwicz commisisse asserit, ut quiete viveret et frustra tem-  
pus tereret, sed ut res novas experiretur et disceret, et in primis armorum  
exercitio uteretur; addit se eum palatino Belsensi [Nicolao Sieniawski]  
commendasse, si apud Pretwicz diutius manere nolit.*

(Germanice)

Cfr. El. XXXVIII, N. 1170.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 43-44.

N. 3350.

E Regio Monte, 3.VI.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Sieniawski, palatino Belsensi,*

*nobilem adolescentem Albertum a Machwitz, Alberti iunioris marchionis  
Brandenburgensis subditum, litterarum exhibitem, commendat et rogat,  
ut eum numero servitorum suorum nobilium ascribat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 801-802.

N. 3351.

E Regio Monte, 13.VI.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae et, mutatis mutandis, reginae Bonae et  
castellano Posnaniensi [Andreae a Górkaj]*

*Assuerum Brandt, consiliarium suum, commendat et rogat, ut eum benigne  
audiat et indubitatem ei fidem adhibeat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 803.

N. 3352.

E Regio Monte, 13.VI.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski]*

*litteras eius se accepisse nuntiat easque e vestigio ad consiliarium et legatum  
suum, Assuerum Brandt, perferri curavisse; pro sedulitate, in negotio suo*

*apud regem promovendo adhibita, gratias agit; legatum suum, Assuerum Brandt, commendat.*

(*Latine*)

*Cfr. El. XXXVIII, N. 1172.*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 802-803.*

N. 3353.

[*E Regio Monte*, 14.VI.1549.]

*Albertus dux in Prussia*

*Christophoro Konarski*

*pro missis ei 20 florenis tanta gratiarum actione opus non fuisse scribit et ad constantem diligentiam in rebus suis expediendis porro adhibendam eum adhortatur.*

(*Germanice*)

*Cfr. El. XXXVIII, N. 1171.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 45v-46.*

N. 3354.

*E Regio Monte, 16.VI.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*pro Simone Loitz, qui a sententia, in negotio suo cum Stanislao Kostka habito pronuntiata, ad regem provocavit, intercedit et rogat, ut beneficia, ei et toti familiae eius a defuncto rege patre concessa, non solum conservet, sed etiam adaugeat.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 53, f. 804.*

N. 3355.

*E Regio Monte, 24.VI.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*mentem suam de eis, quae per Ioannem Leśniewski nomine regis sibi relata sint, Assuerum Brandt, consiliarium et legatum suum, ipsi declaraturum esse nuntiat.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 53, f. 805.*

N. 3356.

E Regio Monte, 24.VI.1549.

*Albertus dux in Prussia  
Sigismundo Augusto regi Poloniae  
servitorem suum, litterarum exhibitorem, commendat et rogat, ut eum aulae  
suae ascribat et in ministrorum numerum recipiat.  
(Latine)  
Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 805-806.*

N. 3357.

E Regio Monte, 24.VI.1549.

*Albertus dux in Prussia  
episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski]  
rogat, ut auctoritatem suam interponat, quo negotium, cuius nomine Ioannes  
Leśniewski iterum ad se a rege mittitur, tandem absolvatur.  
Cfr. El. XXXVIII, N. 1172.  
Ostpr. El., vol. 53, ff. 806-807.*

Episcopo Cracoviensi, XXIIII Iunii.  
Petit negotium, de quo toties scripsit, absvolvi.

Reverende in Christo Pater, Amice ac Frater nobis perchare.  
Lectis Reverendae Vestrae Paternitatis literis cognovimus nihil  
defuisse studio et diligentiae Reverendae Vestrae Paternitatis, quominus id  
negotii, cuius nomine nobilis Ioannes Lesniowsky a S. Regia Maiestate,  
Domino nostro clementissimo, iterum ad nos mittitur, absvolvi potuerit.  
Quam Reverendae Vestrae Paternitatis propensi erga nos animi affectio-  
nem, tum quod curae sibi res et negotia nostra esse ostendit, ita, ut debe-  
mus, grato accipimus animo. Nihil enim nobis optatius, quam certi tandem  
aliquid in hanc aut illam partem cognovisse. Noster autem qualis in hoc  
negotio sit fueritque animus, Reverenda Vestra Paternitas ex consiliario  
nostro et fideli dilecto Asuero Brant, quem ante redditum ad nos oratoris  
Reverendissimi Cardinalis Augustani<sup>1)</sup> ad S. Regiam Maiestatem iterum  
ablegaveramus, liquido cognoscet. Mandavimus enim illi, ut quaedam de  
hac re ad Reverendam Vestram Paternitatem nostro nomine referret, prae-  
cipue ut Reverenda Vestra Paternitas absolvendo huic negotio autoritate  
sua nobis non decesset. Quod iterum Reverendam Vestram Paternitatem et  
amice et fraterne rogatam facimus. Ac ut ultro tandem citroque provenien-  
tibus inde molestiis eximamur, facturam ita, ut fratrem decet, omnia  
minime dubitamus. Id nos et amice et fraterne aliquando demerituros nos  
recipimus ac Reverendam Vestram Paternitatem bene valere optamus.  
Datae Regio Monte.

A.M.

1) Otto Truchsess.

[E Regio Monte], 24.VI.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Andreae a Górką, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,  
de secundo Ioannis Lesiewski cum litteris regiis ad se adventu et festinato,  
sine responso suo, ad regem redditu nuntiat et putat notum negotium suum  
iam tandem acceleratum esse et ad finem vergere; pro cura et sollicitudine  
in negotio suo promovendo gratias agit; rogat, ut intestinis motibus  
sopiendis auctoritatem suam interponat.*

*Cfr. El. XXXVIII, NN. 1174, 1177.*

*(Adest conc. Lat. et Germ., HBA, B, K. 1173).*

*Ostpr. Fol., vol. 81, Heiml. Reg., ff. 671-674.*

Castellano Posnaniensi.

Magnifice ac Generose, Amice, Frater ac Compater nobis percharge.

Redditae nobis sunt Magnificentiae Vestrae literae una cum exemplaribus literarum tam Magnificentiae Vestrae, quam Reverendissimi Domini Archiepiscopi Gnesensis<sup>1)</sup>, ad S. Regiam Maiestatem scriptarum, probeque omnia intelleximus. Ac primum quidem tanta gratiarum actione ad nos minime opus fuisse, cum ea, quae publica sunt, recte amicis communicentur). Idem autem, quod Magnificentia Vestra, de Lesniowski ad nos missos sentimus, videlicet magis fortasse alterum illud quam hoc, quod praetendebat, quaesivisse. Verum haec, ut alia omnia, Deo committenda putamus. Licit praeter responsum ex nobis hinc nihil retulerit, nisi quod liberum illi, quemadmodum ne aliis quidem interdici a nobis potest, inspiciundi partem aliquam Ducatus nostri fuerit. Nudius autem tertius, quam haec scriberemus, iterum ad nos rediit, allatis secum a S. Regia Maiestate literis, quarum exemplum hisce inclusum Magnificentiae Vestrae transmittimus. Quem non expectato responso nostro, cum festinanter sibi redeundum diceret, ad S. Regiam Maiestatem remisimus, promittentes nos per consilia-rium nostrum, quem ante ipsius Lesniowski ad nos redditum iam ad S. Regiam Maiestatem ablegaveramus, quemadmodum id Magnificentia Vestra ex cubiculario nostro, Casparo a Lehendorff, cognovisse putamus, responsuros. Id quod et a nobis, prout ex inclusa literarum copia Magnificentia Vestra intelliget, factum. Quoniam autem id negotii, Deo disponente, eo usque productum est, ut finem tandem mediante divina eiusdem gratia acceleraturum speremus, ita clementer et ea, quibus non tam animae, quam et corporis saluti bene consulatur, divinitus nobis largiturum, quemadmodum et precibus nostris indesinenter contendimus, minime dubitamus. Etsi autem praeterea nihil, quam quae prius Magnificentiae Vestrae exponi curavimus, a dicto Lesniowski cognoverimus, tamen id agi videmus, quod in monarchia pro voto et ex sententia constituenda nullius operae aut laboris parcatur, ita ut summe necessarium ducamus, ne nos hic nostris desimus partibus, aut plus nimio paci tribuamus, verum circumspecte ita rebus nostris consulamus, ne nostris parietibus ea quoque flamma obsit, licet praestaret ista in hostes Christi converti. Sed cum eo non vergant ista consilia, vigilandum nobis esse et fiducia Christi vivendum ducimus. Quia in re suis Magnificentiam Vestrām partibus minime defuturam, sed eo iam vertisse mentis suaे cogitata dubium nobis non est.

Quod vero tantopere Magnificentiae Vestrae negotium nostrum curae et sollicitudini sibi non minus, quam Reverendissimo Domino Archiepiscopo esse literis ad S. Regiam Maiestatem missis intelligimus, eandem singularem hanc animi propensionem ita, ut debemus, grato accipimus animo, nec quid aliud responderi S. Regiae Maiestati potuerit, cernimus. Preccamur autem Deum, ut Comitia ista et felix auspicium et faustum sortiantur<sup>b)</sup> finem, cum quod ex re S. Regiae Maiestatis, incliti Regni Poloniae nostrorumque omnium fore constat, tum quod non vulgaris sit fama adversarios Regni Poloniae magno plausu dissidia ista Regni excipere, summo studio apud Imperatoriam Maiestatem de expeditione maturanda instare illudque addere talem iam propositos sui conficiendi occasionem oblatam esse, qualis divinitus vix maior offeri possit.

Ut autem caveri haec quoquo modo possint, rogatam Maiestatem Vestram facimus, dignetur autoritatem suam intestinis motibus sopiendis animisque exacerbatis, si qua ex parte poterit, medendis eo studio, fide et diligentia, qua consuevit maxime, interponere, spem firmissimam concipientes ceptis Magnificentiae Vestrae divinam gratiam minime defuturam. Si quid et nos proficere hac in re poterimus, daturi sumus operam, ne quid in nobis desideretur.

Ad extreum quod Magnificentia Vestra certis quibusdam de causis a nobis contendit, ut Latino potius quam vernaculo idiomate ad eam scriberemus, libenter postulatis Magnificentiae Vestrae satis faciemus. Datis mense etc. anno etc.

Andreas Montzer.

- a) *in ms. communicent*
- b) *in ms. sarciamur*
- 1) *Nicolaus Dzierzgowski.*

N. 3359.

*E Regio Monte, 24.VI.1549.*

*Albertus dux in Prussia  
Ludovico Montio Mutinensi*

*diligentiam eius in communicandis novitatibus laudat; de "turbis scholasticis" [Cracoviae exortis] dolet; rogat, ut, si quid scitu dignum sibi scribere voluerit, Assuero Brandt, iterum Cracoviae moranti, id tradat.*

*Cfr. El. L, N. 535.*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 807-808.*

Ludovico Montio, XXIIII Iunii.  
Gratias agit, quod nonnulla communicaverit, petitque, ut si quid scribere volet, Assuero Brant tradat.  
Famate, fideliter nobis dilecte.  
Acceptis literis tuis cognovimus dolenter te tulisse discessum consiliarii nostri et fidelis nobis electi Assueri Brant. Quod si secus, quam evenit, factum fuisset, non ingratum nobis foret, praecipue cum significanda nobis nonnulla per ipsum decrevisse scribis. Interim tamen studium tuum et dili-

gentia in communicandis novitatibus nobis clementer probatur, atque ita ut porro pergas, gratiose cupimus.

Quae de turbis scholasticis<sup>1)</sup> ad nos scribis, sane dolenter audivimus. Faxit autem Deus, ut rebus omnibus in tranquillum redactis, haec et id genus alia nomini et honori divino amplificando in melius cedant.

Ad extremum quod addis te, si liceret, fusius de nonnullis rebus ad nos scripturum, cum quod offensam inde times, tum quod istic locorum habeas neminem, cui ista tuto ausis credere, in hoc clementer a te contendimus, ut si quid cognoveris, quod nostra scire referat, nos celare minime committas, praecipue cum istic iam adsit iterum<sup>a)</sup> dictus consiliarius noster, cui si quid ad nos, aut Illustrem nepotem nostrum<sup>2)</sup> scribere volueris, tuto tradere et communicare poteris, praesertim cum eius sit dexteritatis, ut diligenter curaturum omnia non dubitemus. Atque haec rescribenda tibi esse duximus, qui ut bene valeas, cupimus. Datae.

Commissione Principis  
Relatio Cancellarii  
A.M.

a) *in ms. iturum*

- 1) *v. epistulam Montii ad ducem (El. L. N. 535).*  
2) *Albertus iunior, marchio Brandenburgensis.*

N. 3360.

E Regio Monte, 25.VI.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*  
*pro nobilibus Baykowski, subditis regis territorii Bielscensis, ab Hieronymo*  
*Chodkiewicz, castellano Trocensi, sibi commendatis, intercedit, ut saltet*  
*unus ex ipsis bona quaedam, a rege oppido suo regio Tykocin ascripta,*  
*recuperare possit, quo eis obtentis eo melius artibus liberalibus incumbere*  
*valeat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 808-809.

N. 3361.

E Regio Monte, 25.VI.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski]*  
*pro nobilibus Baykowski (cfr. N. praec.).*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 809-810.

[E Regio Monte], 25.VI.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Andreae a Górkā, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,  
opinionem eius et archiepiscopi Gnesnensis de Stanislai Hosii [ad regem  
Romanorum] legatione sibi probari nuntiat; de puero suo diutius retento  
excusationem eius supervacaneam fuisse scribit; de Matthaeo Stadnicki  
criminis laese maiestatis accusato dolet; Ioanni Leśniowski se nihil tale  
dixisse asserit, quo animus imperatoris laedi potuerit.*

*(Schedula: Andream Hess, armamentorum praefectum, ei mittit).*

*Cfr. El. XXXVIII, N. 1177.*

*Conc., HBA, B, K. 1173 (in Ostpr. Fol. deest).*

Magnifice ac Generose, Amice, Frater et Compater nobis perchare.

Alteris iam literis nostris obsignatis, redditae nobis sunt Magnificentiae Vestrae literae, quibus ad ea, quae scripseramus ei, respondet simulque de actione a) Domini Stanislai Osii a) communicata gratias agit. Quibus ut minime ad nos opus fuisse, ita prudenter tam Magnificentiam Vestram, quam Reverendum Dominum Archiepiscopum Gnesensem<sup>1)</sup>, perpendisse ista intellegimus, ut, quid addi b) hoc praesertim tempore, aut commodius Sacrae Regiae Maiestati responderi ex fide utriusque debita potuisse<sup>b)</sup>, non videamus. Precamur autem Maiestatem divinam, ut haec ad nominis sui gloriam gubernet ac regat.

De puero nostro aliquantisper apud se retento Magnificentiae Vestrae excusatio supervacanea est, cum eam moram etiam longius duxisse liberum Magnificentiae Vestrae fuisse.

Dominum Stadnisky<sup>2)</sup> de crimen laesae maiestatis a Sacra Regia Maiestate citatum dolenter sane audivimus, considerantes, quantum ea res tam S. Regiae Maiestati, quam inclito Poloniae Regno sit allatura molestiae et detrimenti, ut singularem Dei clementiam implorandam censeamus, ut non tam S. Regiae Maiestati gratiam spiritus sui largiri, quam mentem animosque illorum, qui Maiestati eius adsunt, eo regere et moderari dignetur, ut, seclusis id genus consiliis, saniora et ea quidem cordibus ipsorum divinitus inspiret, quibus animi exacerbati leniantur Reique Publicae bene consultum eatur. Quae nos, si qua harum rationum praestari possit, minime videmus, nisi quod inde cicatrices, ut dici solet, iam coactas refricari et vulnus vulneri addi metuamus. Sed si ita factum oportuit, dispositioni divinae, c) inscio cuius indultu fiat nihil<sup>c)</sup>, haec, ut pleraque alia, committenda putamus. c) Grato tamen accipimus animo, quod ista nobis communicare Magnificentia Vestra non gravata sit seque, quid porro in hoc negotio actum fuerit, quidve in ea re offerre se nobis posset, significaturam recipiat. Verum non haec ita se habent.

Meminit procul dubio Magnificentia Vestra, qui fuerint proxime sermones nostri de profectione nostra, de qua etsi non omnino inter nos convenerit, tamen si nobis proficiscendum esset et, ut novit Magnificentia Vestra, [cum] ipso conveniremus, possemus et nos criminis laesae maiestatis accusari. At tum hoc tacitum libenter reliquimus, praecipue ne inde aliqua nobis recusandi feudi investituram occasio sumeretur. Rogatam Magnificentiam Vestram facimus, ut quid hoc in casu consultum sibi videatur, nobis significare non dedignetur<sup>c)</sup>.

Quod excusationem nostram de non manus propriae scriptione Magnificentia Vestra benigne admittit, pergratum nobis fuit. Ita enim providebimus, ne quid Magnificentiae Vestrae ex eo, quod alterius in scribendo opera utimur, inde quicquam incommodi redundet.

Quod sermones Lesniowski<sup>3)</sup>, de responso nostro illi dato habitos, nobis communicat, grato accipimus animo, licet bene consciit nobis simus nos in eo nihil tale commisissse, quo Imperatoriaie Maiestatis<sup>4)</sup> animus minima ex parte laesus videatur, praecipue cum ista non Imperatoriaie Maiestati, sed Reverendissimo Domino Cardinali Augustano<sup>5)</sup> responderimus, erga quem ita moderate nos gessimus, ut reprehendi aut insimulari iure non possimus. c) Et quamvis tale quiddam esset, tamen veritati honeste nobis parcendum non esset<sup>c).</sup> Sed cum eo iam perventum sit<sup>d),</sup> ut etiam optima quaeque censore et falsa detorsione non careant, c)facilius ista ferenda<sup>c).</sup> Idem vero Lesniowsky quid hisce diebus ad nos retulerit, quidve illi vicissim responderimus, Magnificentia Vestra ex alteris nostris literis cognoscet. Quod Magnificentiae Vestrae, quam omnipotentiae divinae feliciter conservandam committimus, rescribendum duximus. Datum.

#### Schedula

Ceterum, ita ut petiit Magnificentia Vestra, armamentorum nostrorum praefectum, Andream Hesselum, hisce ad Magnificentiam Vestram ire iussimus, non dubitantes, quoniam illius opera aegre carere possumus, quin Magnificentia Vestra eo citius etiam ad nos sit remissa. Datum ut in literis.

*In folio separato:* Comiti de Gorca, 25 Iunii.

- a)-a) *in margine pro expunctis verbis:* Reveendi Domini nominati Episcopi Culmensis
  - b)-b) *in margine pro expunctis verbis:* hisce temporibus possit
  - c)-c) *in margine.*
  - d) *correctum ex:* est
- 1) *Nicolaus Dziergowski.*  
2) *Matthaeus Stadnicki.*  
3) *Ioannes Leśniewski (Leśniewski).*  
4) *Carolus V.*  
5) *Otto Truchsess.*

N. 3363.

*Ex Nova Arce, 25.VI.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Hieronymo Chodkiewicz, castellano Troensi, Samogitiae capitaneo,  
de morte patris [Alexandri Chodkiewicz] ei condolet eumque consolatur; pro  
equo cursorio sibi misso gratias agit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 810-811.*

N. 3364.

E Regio Monte, 27.VI.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Komajewski et Georgio Zienowicz  
nuntiat sibi non licere mille tunnas siliginis, ab uxore olim palatini Vilnensis  
arrestatas et apud subditum suum custodiae causa depositas, sine con-  
sensu eorum, qui arrestarunt, liberare.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 811-812.

N. 3365.

E Regio Monte, 29.VI.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, Samogitiae capitaneo,  
pro Leonardo Will (vel Wilde), cive Gedanensi, intercedit et rogat, ut auctorita-  
tem suam apud senatum et iudicium Caunense interponat, quo ei citra  
dilationem iustitia administretur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 812-813.

N. 3366.

S.l., 2.VII.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Policki*

*pro valacho misso gratias agit; filium Ioannis Zerzyński (Schirsinska) sibi  
commendatum se libenter in aulam suam suscepisse nuntiat; significat  
equum, a patre pueri sibi missum, in nundinis Regiomontanis certamen  
cursorium viciisse ("alhir im jarmarck den wetlauf gewonnen"); de emp-  
tione boum a marscalco suo [Friderico ab Oelsnitz] ei responsum iri scri-  
bit.*

(Germanice)

Cfr. El. XXXVIII, N. 1178.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 48v-49.

N. 3367.

Tapiau, 8.VII.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Zerzyński (Szerssenska)*

*filio eius, in aulam suam recepto, patrem invisere cupienti, veniam discedendi  
se concessisse nuntiat; pro equo cursorio sibi misso, qui in certamine in  
nundinis Regiomontanis celebrato omnes reliquos longe vicit, gratias agit  
et petit, ut, si alium similem haberet, sibi mittere velit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 813-814.

Insterburgi, 10.VII.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*palatino Ravensi [Andreae Sieprski]*

*scribit molesto animo se cognovisse, quomodo filius eius, se prorsus inscio, in aula sua male se gesserit, servitore scil. quodam suo invito ad lusum chartaceum quasi coacto, magnam pecuniae summam lusu dilapidaverit, ita ut monilia etiam sua oppignerare coactus sit etc.; necessarium igitur putat, ut, si filium in aula sua porro manere cupiat, aliquem virum aetate et moribus gravem illi adiungat.*

*Cfr. El. XXXVIII, N. 1154, 1180.*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 814-820.*

Palatino Ravensi, X Iulii.

Narrat, quomodo res omnis cum filio acta sit.

Salutem et benevolentiam nostram.

Magnifice et Generose, singulariter nobis dilecte.

Lectis Magnificentiae Vestrae literis, inter cetera quibus studia et officia sua nobis offert, quaeque eo, ut debemus, amplectimur animo, intelleximus, cognovisse Magnificentiam Vestram licentiam filio eiusdem petenti ab aula nostra discedendi factam, cupereque vehementer eundem ad se cum rebus hic relictis remitti. Ad haec celandam Magnificentiam Vestram esse non ducimus nihil nobis de venia, ea ratione, qua scribit Magnificentia Vestra, filio suo data, constare, licet intellexerimus eundem, nobis insciis, aleam cum quodam nobilium nostrorum exercuisse et nolentem quasi impulisse, eoque ventum fuisse, ut alter alteri, fide ingenuae nobilitatis interposita, de solutione praestanda se obstrinxerit. Fortuna autem cum magis tum temporis servitori nostro quam filio Magnificentiae Vestrae favisset, accidisse, ut Magnificentiae Vestrae filio obligationi cum standum esset, etiam aurea ipsius monilia in oppignorationem venerint. Quae res cum ad marschalcum nostrum<sup>1)</sup> relata esset, noluit pro eo, quo fertur erga Magnificentiam Vestram studio, committere, quin se mediatorem, si qua ex parte filio Magnificentiae Vestrae hac in parte gratificari posset, interponeret. Actione autem a dicto marschalco nostro hinc inde mota, intellexit ex servitore nostro honeste ipsum moderationem summae, sibi a filio Magnificentiae Vestrae debitae, eo nomine admittere non posse, cum quod a filio Magnificentiae Vestrae ad aleam invitatus et fere compulsus esset, tum quod fide ab utroque sub laesione honoris nobilitatis data sibi facere non licuisset, praecipue cum ipse, si sors aliter cecidisset, idem praestare obligatus fuisse. Tamen ne quid idem marshalcus in se desiderari pateretur, neve filio Magnificentiae Vestrae iterum experiundi aleam daretur occasio, aut perfidiae accusari posset, ipse recepta ad se catena aurea fideiussorem se pro filio Magnificentiae Vestrae interposuit ac eam pecuniae summam, quam debebat, soluturum promisit. Quod tempore siquidem solutionis iam elapso, factum ita esse arbitramur.

Haec cum ultro citroque nobis insciis gesta essent, molesto sane animo eius rei eventum postea cognovimus. Cupientes autem pro singulari nostra in Magnificentiam Vestram benevolentia eidem gratificari, verbis obiurgandum Magnificentiae Vestrae filium duximus, quantumque ista Magnifi-

centiae Vestrae displicitura essent, addidimus. Ac ne porro ita pergeret, sed parentis suique ipsius memorem esse clementer admoneri et hortari iussimus, utque minorem illi redeundi ad aleam occasionem paeberemus, adesse ipsum plerumque nobis extra aulam voluimus. Motus itaque hac admonitione nostra, porro se ad eum lapidem non impacturum promisit. Addiditque, cum sibi praestitae obligationi standum esset, id daturum operam, ut fidem datam et pro se et pro aliis interpositam liberaret. Nos cum monitis et hortatui nostro paritum sperassemus, accidit forte fortuna, cum ex aulicis nostris haberet neminem, qui sortem cum eo experiretur, incidit in quendam Ducatus nostri subditum, quem incitando sollicitandoque ad certamen lusus cartarei provocavit. Qui cum se eius rudem esse et abhorre a talibus diceret, eo tandem usque Magnificentiae Vestrae filio magis ac magis instantे, permoveria) se passus est, praeципue cum exiguum quiddam in lucrum se posituros Magnificentiae Vestrae filius dixisset. Cum autem ad rem ventum esset sorsque subdito nostro magis se propitiām praebuisset, dixerat in alium usum, quidquid adhuc reliquum esset pecuniae, convertere et ab incepto in minimis desistere, quam ad maiora cum utriusque fortasse incommodo progredi. At cum filius Magnificentiae Vestrae magis ac magis contrarium ursisset, adeoque ne quid de solutione dubitaretur, chirographo utriusque fidem inscribi contendisset, sane, ut debuit, subditus noster aegrius ista tulit, quam ut voluntati eius assentiretur. Non cessante autem Magnificentiae Vestrae filio, tandem adduci se passus est, ut quoquo modo postulationi eius [satis] faceret. Iamque inter ludendum, cum filius Magnificentiae Vestrae propriis quibusdam chartulis et antea ab ipso usurpatiis, suis item subdito nostrum uti voluisse, inusitatum id subdito nostro, quod fucum subesse metueret, videretur, tamen ut et hac in parte voluntati filii Magnificentiae Vestrae acquiesceret, reddidit eum voti compotem. Verum infeliciter filio Magnificentiae Vestrae ista iterum tentante, ut est fortunae inconstantia, si recte meminimus, aiunt quadringentos thaleros subdito nostro lucro cessisse.

Haec cum ita acta esse tum demum cognovissemus, cum nonnulli aulicorum nostrorum arbitros moderandi eius debiti partem inter utrosque se obtulissent, eoque permovissent subdito nostrum, ut duobus equis cantherii et centum taleris contentus liberum Magnificentiae Vestrae filium pronuntiaret, quod ita factum ac equos istos, licet inter alios valore infinitos, subdito nostrum ad se recepisse, restantibus adhuc in debito centum thaleris, audivimus. Ac sane quidem moleste tulimus, quod praeter opinionem nostram filius Magnificentiae Vestrae, secus quidem quam promiserat, se gessisset. Cumque displicere nobis ista per servitorem nostrum filio Magnificentiae Vestrae indicassemus, ut pro officio etiam nostro et ea, qua erga Magnificentiam Vestram ferimur benevolentia, honeste rem omnem Magnificentiam Vestram tanquam parentem celare non possemus. Precibus filius Magnificentiae Vestrae, ne id faceremus, coram apud nos summopere institit. Ibi obiurgatus a nobis, quod talia eum minime decent, nec tantum sibi, sed et Magnificentiae Vestrae, si eas, quas Deus Magnificentiae Vestrae largitur esset opes, ita dilapidare aut profundere pergeret, dedecori fore, fidem suam amplius se in eam partem non peccaturum nobis dedit, petitiisque, ut veniam discedendi illi ab aula nostra saltem ad spatium trium septimanarum concedermus. Intra illud enim tempus se rationes initurum, quibus creditoribus satisfaceret.

In ipsa autem literarum obsignatione et cum iam literas ad Magnificentiae Vestrae servitorem transmittere decreveramus, rediit ad nos Magnificentiae Vestrae filius, qui cum se una cum servitore ad Magnificentiam

Vestram iturum dixisset, petuit, ut illi hoc concederemus, quod denegandum ei non duximus haecque, quae ad Magnificentiam Vestram scribimus, legenda dedimus. Ad haec quod Magnificentia Vestra res sibi hic relicta filii per ministrum suum remitti petit, in eo gratiose quidem Magnificentiae Vestrae gratificaremur. Verum cum nobis de rebus eius hic relicta nihil constet, dedimus literas Magnificentiae Vestrae ministro ad marschal-cum nostrum, ut quem tenere ista melius quam alium quenquam putamus. Ex eo rem omnem liquido cognoscet, quanquam nos non lateat duos adhuc equos in Regio Monte esse, qui in certam aliquam mutuo datae pecuniae summam consiliario nostro, Doctori Francisco<sup>2)</sup>, oppignorati sunt. Quam summam cum exiguum esse putemus, mandavimus servitori Magnificentiae Vestrae, ut, si qua posset ratione, equos istos oppignoratione liberaret, liberum deinde sibi fore eos porro ad Magnificentiam Vestram ducere. Nosque, cum propter pestis contagium in auram salubriorem recesserimus, praestare iudicavimus, ut ipse Magnificentiae Vestrae servitor eo se conferret et, si quid praeterea reliquum ex rebus suis istic esset, ad se recipere. Nolumus autem, ut Magnificentia Vestra sibi persuasum habeat, nos aliqua inclemenci indignatione erga filium Magnificentiae Vestrae affectum esse. Quicquid enim a nobis factum, id ex singulari et propensa animi nostri in Magnificentiam Vestram benevolentia praestare partium nostrarum esse duximus. Si quid etiam porro favoris et humanitatis tam Magnificentiae Vestrae, quam eiusdem filio, exhibere poterimus, in eo, quantum nobis integrum fuerit, desiderari in nobis nihil patiemur.

Quod si Magnificentiae Vestrae placuerit, ut filium eiusdem servitia sua porro nobis praestare cupiat, necessarium fore putamus, ut illi aliquem et aetate et moribus gravem hominem adiungat, ex cuius ipse vivere teneatur et consilio et admonitione. Gratiose autem cupimus, ne Magnificentia Vestra haec in malam partem interpretetur. Quidquid enim scribimus, id eo praecipue nomine fit a nobis, ut quo pacto res omnis acta sit, eam non lateat. Nec tamen inde animum paternum a filio alieniorem esse velit, si quid ab eo peccatum sit, benigne condonet, cum adolescentia, quae plerumque lubrica est, in hoc bona spei alioqui Magnificentiae Vestrae filio flecti adhuc facile possit, praecipue cum adeo effrenem esse non iudicemus, ut salutaribus monitis non sit pariturus. Nos si quam illi clementiam pro singulari Magnificentiae Vestrae in nos studio praestare poterimus, id sibi, quod de gratioso et amico Principe, de nobis persuadeat cupimus. Cui felicitatem longam et proseperos successus precamur. Datae ex arce nostra Insterburg.

Commissio Principis propria.  
A.M.

a) *in ms. permoneri*

1) *Fridericus ab Oelsnitz.*

2) *Thege.*

N. 3369.

*Ragnetae, 13.VII.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Łaski*

*de negotio, cuius nomine nuntium suum "ad proximos Germaniae fines" miserat, cum ipso conferre cupiens, rogat, ut citis itineribus in Regium Montem redeat et inde ad se (Ragnetam) proficiascatur.*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 820-821.*

Domino Ioanni in Lasko, XIII Iulii.

Petit, ne gravetur redire Regiomontem seque ad Celsitudinem Suam conferre.

Salutem et benevolentiam nostram.

Reverende ac Generose, sincere nobis dilecte.

Redditae nobis sunt Reverenda Dominationis Vestrae literae, quibus se certis quibusdam de causis Gedanum iter moliri scribit. Etsi autem clementer maluissemus Reverendam Dominationem Vestram Regiomonte nonnihil adhuc posuisse morae, tamen quoniam iter Reverendam Dominationem Vestram iam ingressam arbitramur, respondere literis eiusdem ad nos datis intermisimus. Idque ea de causa, quod pridie eius diei, quam haec scriberemus, nuntius eius, ut novit Reverenda Dominatio Vestra, negotii, de quo ad proximos fines Germaniae miseramus, nomine ad nos alegatus, venerit. Nos etsi Dominationi Vestrae porro molesti esse aegre committimus, tamen cum de hoc negotio nonnulla cum Reverenda Dominatione Vestra conferre cupiamus, gratiouse eam rogatam facimus, ut citis itineribus redire Regiomontem et inde ad nos porro se conferre non dedignetur. Curata enim per nos iam sunt omnia, ut Reverenda Dominatio Vestra quam celerrime huc se recipere possit. Quod si Gedano per portum nostrum marinum Regiomontem compendio ire decreverit, mandavimus istic Capitaneo nostro, ne quid in transvehenda Reverenda Dominatione Vestra morae committat. Regiomontem vero ubi appulerit Reverenda Dominatio Vestra, conveniri iubeat eum, qui iam vices Burggrabii in arce nostra agit. Is iussu nostro itineri Reverenda Dominationi Vestrae celeriter ad nos conficiendo equis curribusque praesto erit. Clemens autem ac amice Reverendam Dominationem Vestram petimus, ut id molestiae, nostro et eius negotii, de quo agitur, nomine, subire ne gravetur. Nos mutua olim benevolentia demererri studebimus. Bene valeat Reverenda Dominatio Vestra. Datae Rangnet.

A.M.

N. 3370.

Ragnetae, 15.VII.1547.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*de quadam Wilki, militiae Ordinis Theutonicorum praefecto, qui 10 Iunii die in Livonianum appulerat, nunc autem profactionem iterum in Germaniam per M. Lithuaniae Ducatum moliri fertur.*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 821-822.*

Regi Poloniae, XV Iulii.

Serenissime Rex etc.

Cum antea S. Regiae Vestrae Maiestati significatum per me sit esse nonnullos, qui stipendia mererent contra terras Prussiae, praecipue autem quendam, cui nomen Wilki, praefectum eius militiae ab Ordinis Teutonicorum Magistro<sup>1)</sup> acceptatum, hunc cum ad decimum Iunii navibus vectum in Livoniama<sup>a)</sup> appulisse cognovissem, duxi fidei subiectionisque meae fore ista S. Regiam Vestram Maiestatem minime celare. Eo autem potissimum nomine, quod inter cetera relatum ad me sit eundem profactionem in Germaniam iterum moliri ac per Magnum Ducatum Lithuaniae iter facere decrevisse. Id cum scire S. Regiam Vestram Maiestatem plurimum referat, significandum hoc illi rebus suis undequaque eo melius consulendis duxi

petoque, ut hoc meum studium clementer ac benigne accipere, quidve mihi,  
si terras forte has meas attigerit, faciendum sit, docere non dedignetur.  
Atque his S. Regiam Vestram Maiestatem feliciter valere exopto. Datae  
Rangnet.

Relatio Cancellarii.

- a) *in ms. Livonia*  
1) *Volfgangus Schutzbar.*

N. 3371.

Neuhausen, 22.VII.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,*

*de Ioannis Leśniewski [cardinalis Augustani, Ottonis Truchsess, legati] ad se  
adventu et discessu; de negotio per eum tractato non ex sententia expedito;  
de nimiis dilationibus et impedimentis in negotio suo matrimoniali inter-  
positis et de rege verbis sibi benevolo, re autem ipsa a se alieno et averso;  
de proposito suo uxorem alio loco sibi quaerendi et fidem nihilominus regi  
suo servandi.*

*Autogr.*

*HBA, B, K. 1173.*

Lieber Derla.

Aus ewerm nehern schreiben bey dem balnischen Francken habe ich verstanden, das er euch das schreiben an yn gethon verlesen, ir aber auf solches diser zeit, weil durch euch vermercket, das Brant bey mir noch nit ankumen, wuste[t] mir auf solche diser zeit nit zu antworten, alleint das Liesniofczky<sup>1)</sup> widerumb von mir ankumen und wider mit schriften und brifen, so von Ausspurgk kumen, an mich abgefertiget. Doch spuret und mercket ir wol, das aus dem vorgenommenen loblichen handel nichts werden wil, das euch den herczlichen leit etc. Auf dis, weil ich mercke, das ir mir nichts schreiben gekunt aus angezeigten ursachen, lasse ichs auch in ym beruhen. Weil ir aber meldet, das Liesniofczky widerumb etc. an mich abgefertiget, solt ir wissen, das er bey mir gewest und auch wider abgefertiget.

Was den den loblichen handel belanget, hab ich Branten auferlegt, k.mt. widerumb zu beantworten. Und dyweil es der liebe Got also ausersehen, in des willen ich alle ding vorlangest gestelt, der wol auch ways, was mir nucz ist, das aus dem handel nichts werden wil und euch solches herczlichen leit. Bedanck ich mich, das euch leit ist. Mir ist aber nichthes leider, alleint das ich auf fylfeltig ewer vertrosten und zusagung grosser gnaden und zuvoraus auf meines hern kunigliche wort kein bestendigere gnade spurre. Den das ich also vergeblich aufgehalten und dy practicen, darin ich solch hohe gnad zu greiffen, dermassen nunmer am dag ligen, das ich nichts weiter, nit wy zuvorn besorgen, sunder gewis nit alleint sehe, sunder auch greiffe, das man mir mit worten gnedig, myt den wercken aber ungnad und widerspil erzeiget und gleichwol nit alleint verzogen, sunder auch zu hindern vorhaben muge. Und dancke meinem lieben Got, das er mich lernt erkennen, das er in seinem wort nit luge, do er spricht: Nolite

confidere in homine et in principibus, sedtz<sup>2)</sup> in Domino sperate. Und geschickt mir recht, den ir wist, was man mich vor vertrostet und wy demnach kumen, was auch k.mt. fur rumb daraus ervolget, wisset ir und horets deglich, ia es givet auch dy erfahrung, was fur nucz daraus volget.

Kan wol abnemen, es sey von meinen gunnern und gutten freunden darauf gespilet werden, das man mich in disem fal ehren wollen, wy man mich zu Petrikaw, do dochter Cromerus in offentlichem rat sein antwort vom babst<sup>2)</sup> hat anpringen mussen, auch gehret. Ab aber meins hern ehe dardurch und in anderm auch gemeret, wurt dy zeit geben, und ist mir herczlichen leit, das ich das noch horen werde mussen. Hat k.mt. dis seinem plutfreundt, zu dem er sich sofyl gutes horen hat lassen, versehen, und der freunt hinwiderumb sich zu s.mt. pillichen vertrosten sollen, gethon. Behute Got, was sollen sich andre vermuten. Und herwiderumb erfrewet mich, das an mir kein mangel und das man in der welt auch mer leut findet. Kan auch wol dencken, man werde sich nun weis prennen wollen mit der mutter. Ich mus aber sprechen wy Cristus in ewangeli: zeuge vor den palcken aus deinem auge etc., und befile es Got. Der hats schon ausersehen.

Mich wundert aber nicht wenig, weil ir schreibet, das geschrey mit dem von Bosen<sup>3)</sup>, meinem lieben bruder, aufkum, wy ich mich zu ym verehelichen wolle; ab ym aber also sey, das wisse ich. Aber eins wisset ir, so solches beschehe, das k.mt. und andre nit gern horen ader sehen wurden, und zu besorgen, etwas anderst daraus zu ferstehen. Doch trostet ir euch meinen von Got verlihen verstandes, das ich mich zu erhaltung bey k.mt. gnad und freundschaft in solcher wichtigen sachen wol zu halten werde wissen etc. Das nicht auch erwogen wurt, weil k.mt. und andre mir dy swester nit gunnen und geben wollen, das mein notdorft nit auch ervorder, auch k.mt. selbst vorigem rat nach, wo mir s.k.mt. ier swester nit geben wollen, das ich mich an andre orter verehelichen werde, wy ich auch aus gotlicher verleihung thun wil, sunderlich auch weil ich weis, das ichs kegen Got und der welt mit ehren thun kan und zu ferantworten weis, und wil mich gleich-wol alwegen in allem zimlichen kegen meinem hern aller gepur zu erzeigen wissen, meinen hern gebeten haben, er wol meiner von Got zukumenden gemahel, und so uns Got aus gnaden kinder geben wurt, mein und unsser kinder gnediger her und kunig sein und pleiben, ire gnad von uns nit abwenden. Des wollen wir uns auch als dy trewen ieder zeit und nit anders durch gotliche verleihung verhalten. Und bitte euch, weil Brant allen befelich hat mit k.mt. zu handeln, ir wolt helfen bey s.mt. vordern, s.mt. wollen mir dy swester geben aber nicht, das er nicht verzogen und mit entlicher gewisen antwort, ia aber nein, abfertigen. Und weil ir unter anderm meldet, das ir mir wol etwas mer zu schreiben, so het es doch dy gelegenheit der zeit nit leiden wollen und der federn zu fertrawen nicht gewis. Weil ich nun aber hoffe, das ir wol der zeit gelegenheit habt, auch solche gewisen boten, ab irs der federn nicht vertrawen wollet, das irs dem boten, doch wol munlich, geben macht, so ist mein gnedigs synnen und begern an euch, ir wollet solches mich zu ferstendigen nicht nachlassen. Das wil ich hinwiderumb in allen gnaden umb euch beschulden. Dy ich dem lieben Got in langer gesuntheit zu erhalten befele. Datis in eyle Newhaus, den 22 Julii anno 1549.

Albrecht marggraaff und herczog etc.

z) sic in ms.

1) Ioannes Leśniewski (Leśniowski).

2) Paulus III.

3) Andreas a Górká, cast. Posnaniensis.

N. 3372.

Tilsae, 27.VII.1549.

*Albertus dux in Prussia  
archiepiscopo Cantuariensi [Thomae Cranmer]  
salutationem eius, per Ioannem Łaski sibi significatam, iucundam sibi fuisse  
nuntiat; ob "verae Ecclesiae Christi" in Anglia propagationem, auctoritate  
et opera eius factam, gaudet; Ioannem Łaski commendat.  
Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 824-825.*

Archiepiscopo Cantuariensi, XXVII Iulii.  
Agit gratias pro salute dicta per Ioannem Lasky gratulaturque institu-  
tioni piorum in Anglia cultuum. Tandem eundem Laski commendat.

Reverende in Christo Pater, Amice nobis charissime.

Singularis Reverendae Paternitatis Vestrae amor et propensa in nos  
animi benevolentia non mediocrem nobis peperit voluptatem, cum quod  
nos per Reverendum et Generosum Dominum Ioannem a Lasky humaniter  
adeo salutarit, tum quod officiose benemerendi de nobis studium per eun-  
dem obtulerit. Quam tanti in nos viri benevolentiam cum non nisi grato  
accipiamus animo, ita per amice, quoad nostrae rationes patientura), vicissim  
Reverendissimae Paternitati Vestrae officia nostra oblata cupimus. Ad  
haec non minore iucunditate cognovimus veram Ecclesiae Christi propaga-  
tionem istic locorum apud Reverendissimam Paternitatem Vestram pie  
institui, idque autoritate et opera Reverendissimae Paternitatis Vestrae.  
Quae res ut in homine christiano satis depredicari nequit, ita Reverendissimae  
Paternitatis Vestrae studium, quod in opere isto divino instaurando  
insumit, Deum Optimum Maximum remuneraturum non dubitamus preca-  
murque, ut his omnibus feliciter ceptis gratiam spiritus sui largiatur et  
haec propagando nomini suo diutissime florere velit. Nos quoque, si qua  
unquam ratione adiumento huic tam pio cepto esse poterimus, nihil sane  
requiri in nobis sinemus petimusque, ut dictum Dominum Laski, cui Reve-  
rendissimam Paternitatem Vestram nostro iussu ut salutet mandavimus,  
eique in eo fidem habere cupimus, licet per se satis commendatum, pro  
mirifica tamen sua virtute et industria, qua accedente singulari pietate pol-  
let, commendatissimum sibi nostro quoque nomine habere velit, nosque  
aut literis, aut qualicumque memoriae nostri significatione, oblata ita occa-  
sione, invisat. Id nos erga Reverendissimam Paternitatem Vestram amicis  
aliquando studiis demerebimus. Datae Tilsen.

A.M.

a) *in ms. patienter*

N. 3373.

Tilsae, 27.VII.1549.

*Albertus dux in Prussia  
Gulielmo Pageto, regis Angliae ministro,  
de "sincerae Evangelii et Christi doctrinae" in Anglia institutione gratulatur;  
rogat, ut Ioanni Łaski, cui nonnulla ipsi referenda se commisisse scribit,  
plenam fidem adhibeat.  
Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 826-827.*

Gulielmo Pageto, XXVII Iulii.

Eiusdem argumenti cum priore, nisi quod petat Domino Ioanni Lasco,  
referenti quaedam Celsitudinis Suae nomine, plenam fidem adhiberi.

Generose, singulariter nobis dilecte.

Cum Reverendus Dominus Ioannes a Lassko nonnulla ad nos Generositatis Vestrae nomine retulisset nosque perhumaniter salutasset, grata nobis fuit tam Generositatis Vestrae nostri memoria, quam singularis, qua erga nos fertur, animi benevolentia. Quae omnia cum ita, ut debemus, benigne accipiamus, sic non mediocriter nos afficit, quod ex dicto Domino Ioanne a Lassko cognoverimus sinceram Evangelii et Christi doctrinam istic locorum apud vos pie ad orthodoxam Ecclesiae confessionem institui. Quae res cum per se satis commendata sit, ut maiore encomio non egeat, ita precibus nostris Maiestatem divinam precabimur, ut ipse ad nominis sui gloriam initia istius sacrosancti operis guberneta<sup>a</sup>) ac regat et in posterrum etiam clementer tueatur ac defendat. Nos, si quid pro viribus nostris ei rei iuvandae prodesse poterimus, dabimus operam, ne quid in eo, quod partium nostrarum esse cognoverimus, in nobis desiderari patiamur.

Ceterum cum Generositatem Vestram non lateat egisse nos cum Serenissimo Rege Angliae<sup>1)</sup> de mutuo nobis dandae summae alicuius pecuniarie, qua in re iuvanda facilem se Generositas Vestra praebuit, ita denuo gratiose petimus, ut Generositas Vestra dicto Domino Lasski, qui eandem nostro nomine salutabit et nonnulla ad eandem referet, plenam fidem adhibeat negotiaque nostra sibi cordi esse velit. Dictum praeterea Dominum Lasski (licet per se satis clarum) ita Generositi Vestrae commendamus, prout singularis eius industria, pietas et omnis generis virtutes in eo conspicue merentur. Cupimusque, ut Generositas Vestra nos literis suis saepissime invisat, itidem nos facturi, mutuisque aliquando studiis demerebimur. Bene valeat Generositas Vestra. Datae Tilsen.

Cancellarius retulit.  
Andreas Muntzer.

a) *in ms. gubernetur*

1) *Eduardus VI.*

N. 3374.

S.l., 28.VII.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,*

*ad investituram feudi accipiendam ad diem Exaltationis Crucis (14.IX.) a rege  
Cracoviam vocatus, nuntiat se ob temporis angustiam et alias ob causas  
a rege petisse, ut talis terminus prorogaretur; rogat, ut Tarlo apud regem  
instet, quo ad hanc suam petitionem tempestivum responsum consequatur.*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 46-46v.*

Tilsae, 29.VII.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*rogat, ut tam propter angustiam temporis, quam pestem in Ducatu suo grassantem, dies accipiendae feudi investiturae nonnihil differatur; negat se imperatoris vel regis Romanorum hostibus unquam receptum deditse, fatetur tamen nonnullis exilibus Bohemis, nihil hostile molientibus, se permisisse, ut domicilia in Ducatu suo ponerent.*

*Cfr. El. XXXI, N. 472, 473.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 827-830. (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 46v-48v).*

Regi Poloniae, XXIX Iulii.

Petit prorogari tempus investiturae accipiendae Ducatus Prussiae.

Et excusat se, quod hostibus Caesareae<sup>1)</sup> et Regiae<sup>2)</sup> Romanorum Maiestatum in Prussia receptum non det.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrini Charissime.

Binas accepi a S. Regia Vestra Maiestate uno eodemque tempore literas. Quarum alteris mihi diem ad festum Exaltationis Crucis praestando feudi homagio praestitutere dignatur meque ad dictum diem eo sisti, aut legatos plenipotentes mitti, clementer requirit. Quem erga me favorem et clementiam, quod S. Regiam Vestram Maiestatem clementer petitionis meae memorem esse videam, ita, ut debeo, reverenter accipio, nihilque magis optarim, quam accipienda feudi investitura tam S. Regiae Vestrae Maiestatis, quam meo ipsius desiderio satis facere. Quoniam vero tempus praefiniti diei perangustum est, mearumque sit partium (quemadmodum ipsa S. Regia Maiestas Vestra perspicit) id et convallis meis ablegandi et suos eo ut indicem, tamen licet sane id fieret, aequa perdifficile foret Illustritatibus eorum aut legatis eo missis dicto die et loco comparere. Accedit ad haec, quod indultu Altissimi contagium pestis fere totum hunc meum Ducatum infecerit, ipseque parvo saltem comitatu in auram securiorem ab aula mea secesserim, ut citra periculum grassante hac lue nedum eos, quorum consilio in hoc et id genus negotiis utor, ad me vocare ausim, nec minore cura quenquam ex illis propter metuendam infectionem aliorum ad S. Regiam Vestram Maiestatem mittendum existimem. Praeterea memini S. Regiam Vestram Maiestatem, cum proxime essem Cracoviae, coram de investitura mihi quaeSENTI respondisse, velle S. Regiam Vestram Maiestatem praesente universo Regni Senatu non tam feudum hoc mihi denuo conferre, quam iura, privilegia, immunitates et contractus clementer renovare ac confirmare. Quod facturam fuisse S. Regiam Vestram Maiestatem in Comitiis Regni proxime elapsis omnino persuasum habebam. Nec putassem fore, ut ante ineuntis futuri conventus Comitia ad eam rem vocarer. Sed cum consensu totius Senatus uno eodemque tempore ista et fierent et defectus alii aequa necessarii, quorum tum temporis mentionem quoque S. Regiae Vestrae Maiestati faciebam, supplerentur votisque responderent, itaque adductis de causis officiosissime ac per amice S. Regiam Vestram Maiestatem rogatam facio, ut praestitutum diem, ita ut Cracoviae promisit, clementer differre dignetur meque eius eo citius certiorem reddat, ut et reliquis huius feudi consortibus innotescere per me haec possint. Spero siqui-

dem fore, ut intra eius temporis spatium poena merito nostro iam hic nobis irrogata divinitus tollatur, meque eo tutius aut ipse coram S. Regia Vestra Maiestate sistere, aut meos plenipotentes eo mittere ausim. At si hoc S. Regiae Vestrae Maiestati (quod minime suspicor) integrum non fuerit, faciam ita, ut mandat S. Regia Vestra Maiestas, ac quod officii subiectionisque meae fuerit, non subterfugiam; vicissim autem et illud mihi promittens S. Regiam Vestram Maiestatem daturam operam, ut feudi collatio, denique privilegiorum iuriumque meorum et renovatio et confirmatio iuxta incliti Regni decreta et statuta, prout par est ac S. Regia Vestra Maiestas vigore contractuum tenetur, solemniter fiat, meosque convasallos non minore clemencia in his omnibus defensuram protecturamque esse.

Quod alteras literas attinet, quibus me, quemadmodum et divus Maiestatis Vestrae parens aliquoties factitasset, de non receptu hostibus Caesareae et Regiae Romanorum Maiestatum in Ducatu hoc meo dando admonet, facile quidem admonitionis parentis Maiestatis Vestrae piae memoriae ac meae in hoc responsionis memini. Cui cum et hactenus obtemperatum per me ita sit, bene mihi conscient sum me sciente neminem in hac ditione mea versari aut ali, qui hostis esset S. Imperatoriae aut Regiae Romanorum Maiestatum, licet infinitas ire nequeam me miserae alicui plebeculae, propter fidei confessionem Bohemia exuli, domicilia in Ducatu meo ponere concessisse, tanquam iis, qui a S. Regia Romanorum Maiestate Regno pulsi essent, quique nihil hostile in eam moluntur. Nec est, quod S. Regia Romanorum Maiestas inde sibi aliquid sinistri metuat. Et si maxime quid tentatores adverterem, certo sibi S. Regia Maiestas persuadeat in eo suppri mendo autoritatem meam non defuturam. Haec cum ita se habeant secus que me sciente non fiat, aut quisquam praeterea hic recipiatur, spero me apud quosvis eo nomine excusatumiri, excusatumque ut S. Regia Vestra Maiestas habeat pristinaque clementia foveat, et amice et officiose peto. Faciam vicissim id, quod et fidei et subiectionis meae ratio requirit, Sacramque Vestram Regiam Maiestatem his felicissime valere exopto. Datae Tilsen.

Commissio Principis [ex] relatione  
Cancellarii.  
A.M.

- 1) *Carolus V.*  
2) *Ferdinandus I.*

N. 3376.

*Albertus dux in Prussia*  
*Ioanni Laski,*

*Ragnetae, 5.VIII.1549.*

*significat, quid Assuerus Brandt in causa eius apud regem effecerit, et quid Stanislaus Bojanowski de resposo regis sibi rettulerit: scil. hoc tempore regi Angliae in causa eius responderi non posse; hortatur eum, ut ob vocationis suaे gravitatem et negotiorum ei concreditorum magnitudinem ad loca constituta quamprimum proficiscatur et se reginae excuset, cur postulatis eiusdem satisfacere non possit.*

*Cfr. El. XXXVIII, NN. 1182, 1191, 1192.  
(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).  
Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 830-832.*

*Ioanni de Lasko, V Augusti.*

*Scribit, quid in negotio suo Asuerus Brandt effecerit et quid Boianovius de eodem responderit, et quid porro illi faciendum sit, consultit.*

Literas vestras una cum inclusis scriptis S. Reginalis Maiestatis<sup>1)</sup>, quibus postulat, ut ad se veniatis, et copiam literarum vestrarum, quas ad illius Reginalem Maiestatem ante dederatis, accepimus. Illo ipso tempore ad nos rediit consiliarius noster Assuerus Brant ac inter reliqua, quantum in vestra causa efficere licuerit, declaravit. Significatum videlicet sibi esse a Domino Boianowio, cum ipse propter adversam valetudinem sollicitare apud Regiam Maiestatem non potuerit, eam esse sententiam Regiae Maiestatis.

Cum mortuus sit Vicecancellarius<sup>2)</sup> regius et sigilli, quo ipse usus fuit, nulli propter usitatam consuetudinem, antequam aliquis novus eligatur, copia detur, supremus etiam Regni Cancellarius<sup>3)</sup>, etiamsi requiratur, difficulter aliquid in eo negotio facturus sit, responderi Regi Angliae<sup>4)</sup> hoc tempore non posse. Sed responsuram tamen Suam Regiam Maiestatem aliquando oportuno tempore, quemadmodum Regiae Maiestatis animum ex literis Domini Boianowii perspicietis, qui de eadem re ita ad nos scribit: In negotio Domini Lasski nihil Rex vult respondere. Cumque ego dico: Non est ergo, inquam, ut resonsum expectet? Imo expectet. Ego omnino volo respondere, sed vides, quod nunc commode non possum. Nescio itaque, quid dicam, liberum est illi dicere quicquid velit. Haec sunt verba Regis, in Boianowski epistola expressa.

Ex responsi igitur ratione, sumpta occasione consilii, quod a nobis petitis, nobis consultum videtur, ut habito respectu vocationis vestrae et magnitudinis negotiorum concreditorum, vos quamprimum ad loca constituta conferatis et S. Reginali Maiestati commode excusetis, quamobrem postulatis Suae Reginalis Maiestatis morem gerere non liceat. Quamvis enim facile pateremur, ut ad S. Reginalem Maiestatem proficeremini, tamen cum hac vice datum resonsum pro nullo habendum, neque brevi aliquid expectandum sit et consulto negotium vestrum in tempus incertum et, quod fortasse vix aliquando futurum est, suspendatur, suademos, ut res potius vestrae et magnitudo negotiorum concreditorum vobis curae sit, quam ut moram longiorem admittatis. Nam si tempus meliora et optatiora dabit, nos, quamprimum certiores de eo facti fuerimus, ad vos perferri curabimus.

Haec cum nobis ita videantur, literas vobis ad S. Reginalem Maiestatem, pro voto et petitione vestra, nullas mittimus. Nova, quae ex uxore vestra de Interim accipiendo cognovistis, nobis hercle dolorem adferunt et meliora piissimae Principi<sup>5)</sup> optaremus. Speramus tamen Deum Optimum Maximum, cum illam crucem, tum causas adventus Caesaris Groningam ita moderaturum, ut ecclesia sua etiam in maximis turbis et variis consiliis conservetur. Literas allatas ex Anglia consiliarii nostris remisisimus ac sperramus eas iam ad vos pervenisse. Remittimus quoque vobis copiam literarum vestrarum cum scriptis Reginalis Maiestatis atque vobis optimam valetudinem et prosperrimum iter precamur. Datae Rangnet.

Relatio Cancellarii  
Idem et Princeps audiverunt.  
H. Wil.

1) *regina Bona.*

2) *Nicolaus Grabia* ( $\dagger$  1.VII.1549).

3) *Samuel Maciejowski.*

4) *Eduardus VI.*

5) *Anna, comitissa Frisiae Orientalis.*

*Ragnetae, 6.VIII.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*de iniuriis, a subditis regii in Samogitia, et praesertim a capitaneo regio in  
Szwekszie, subditis suis illatis, queritur et rogat, ut rex auctoritatem  
suam interponat, quo loca adhuc controversa usque ad finalem cognitio-  
nem et determinationem in usum non veniant; se constituisse nuntiat  
districtum Coadiutem vigore recessus regii occupare et possessioni suae  
adiicere.*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 832-834.*

Regi Poloniae, VI Augusti.

Queritur de subditis Lithuaniae et praefecto in Schweicksno, quod agros subditorum Ducatus Prussiae sibi vendicent et eosdem variis exactionibus molestent, petit auctoritatem regiam interponi. Item se partem sibi adjudicatam districtus Coadiutena<sup>a</sup>) occupare velle.

Serenissime Rex etc.

Meminisse S. Regiam Vestram Maiestatem non dubito recessus commissariorum inter Magnum Lithuaniae et hunc meum Ducatum approbati et conclusi, ita ut in ambiguo existentium aliquarum partium nondum diudicatarum usus utriusque Ducatus subditis tam diu interdictus esset, donec legitimi fines earundem ponerentur. Quod cum a meis hactenus observatum ita sit, sperassem fore, ut itidem a S. Regiae Vestrae Maiestatis subditis fieret. Verum officiose ac molesto sane animo celare S. Regiam Vestram Maiestatem nequeo omnis generis querelas, quemadmodum partim hisce inclusis cognoscet, ad me deferri. Et praeter illas Capitaneum meum Mimoreensem id addere: praefectum in Schweicksno districtus Samogithiae agros subditorum meorum arando seminandoque sibi vendicare, prohibitumque annis superioribus, ne porro id nullo iure legitimo praecedente tentaret, esse enim contrarium recessui commissariorum, deinde alere laesionem mutuae vicinitatis. Ac ut magis illi proprietas subditorum meorum in eosdem agros innotesceret, iusserat Capitaneus meus, quicquid tum fuerat segmentis, conculcare, ea spe adductum inde iri praefectum [in] Schweicksno, ut porro supersederet a proposito. Atque ita abstinuisse agris istis per aliquot annos. Iam vero neglecto recessu et admonitione, eundem agrum denuo seminassem messemque parare cognovi. Quae res cum praedictae commissariorum approbationi pugnet, legittimeque ac a S. Regia Vestra Maiestate mihi concessa ratione caveri talia possint, tamen ne qua ex parte turbarum insimularer, aut ius vicinitatis violasse viderer, duxi S. Regiae Vestrae Maiestati haec prius significanda esse, officiose petens, ut S. Regia Vestra Maiestas his auctoritatem suam regiam interponere dignetur, ut salvo commissariorum recessu loca in controversiam posita, donec de eis cognitum fuerit, in usum non veniant.

Ceterum cum inclusas hasce querelas subditos districtus Coadiutem concernere S. Regia Vestra Maiestas cognoscat, ipsaque Maiestas Vestra facile sibi in memoriam revocet istius districtus partem tam iure veteri, quam mensuratione annis proxime elapsis facta, ad me pertinere, isque recessus, cum Vilnae essem, a S. Regia Vestra Maiestate mihi datus sit, liberum esse suam cuique partem occupare, quae illi mensurando obtigis-

set, fui quidem singulari quadam benevolentia in eo occupando remissior. Quandoquidem autem miseros subditos variis exactionibus ac iniuriis affici intelligo, metuendumque sit, ne si hanc sibi S. Regiae Vestrae Maiestatis subditi usurpare licentiam ita perrexerint, maiora et graviora aliquando tentaturos, itaque his cavendis constitui praedictum districtum Coadiutent ad fines usque mihi adiudicatos, vigore recessus a S. Regia Vestra Maiestate dati, occupare et meae possessioni adiicere. Quod ne inscia S. Regia Vestra Maiestate fecisse viderer, indicandum id illi existimabam, petoque officiose, ut S. Regia Vestra Maiestas clementer tales iniurias authoritate regia porro caveat usumque partium aliarum, de quibus adhuc controvexit, interdicat, ut omnis offensionum materia intercludatur ac uterque nostrum eius generis querelarum molestiis eximatur. Commissarios, quod reliquum adhuc est, finium terminandi clementer designet. Factura in hoc S. Regia Vestra Maiestas rem mihi longe gratissimam ac utriusque Ducatus subditis valde utilem, mea denique subiectione officiose demerendam. Quibus bene et feliciter S. Regiam Vestram Maiestatem valere exopto. Datae Rangnet.

Cancellarius retulit.  
A.M.

a) *sequitur se non expunctum.*

N. 3378.

*Ragnetae, 7.VIII.1549.*

*Albertus dux in Prussia*  
*capitaneo Samogitiae [Hieronymo Chodkiewicz]*  
*de capitaneo regio in Szweksznie, subditis suis districtus Memelensis agros*  
*eorum arando seminandoque iniurias inferente, queritur; rogat, ut apud*  
*regem instet de commissariis negotio regundorum finium designandis.*  
*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 834-835.*

Capitaneo Samogithiae, VII Augusti.

Queritur de praefecto in Schweiksno, quod sibi agros subditorum Prusiae vendicet, petitque authoritate sua ista caveri, ac ut apud S. Regiam Maiestatem de designandis ad terminandos fines commissariis instet.

Magnifice ac Generose, Amice singulariter nobis dilecte.

Meminit procul dubio Magnificentia Vestra benevolentiae suae et studii, mutuae vicinitatis nomine crebro nobis oblati. Quae omnia cum ita, ut debebant, grata nobis semper fuerint, ita non minus curae nobis fuit pari amicitiae voluntate nos erga Magnificentiam Vestram subditosque S. Regiae Maiestatis, quibus illa praeest, gerere, ne quid culpari in nobis iure posset. Itidem vero cum Magnificentiae Vestrae subditos facturos quoque sperassemus, molesto sane animo cognovimus praefectum in Schweiksno, non curata superioribus annis Capitanei nostri Mamilensis amica submissione, agros subditorum nostrorum arando seminandoque, licet aliquot annis eorum usum intermisserit, iam denuo sibi vendicare finiumque nostrorum dominio uti. Quae res cum contraria sit S. Regiae Maiestatis

nostrorumque commissariorum recessui, videlicet abstinentium esse istis partibus, de quibus ambigeretur, tantisper, donec determinarentur, ita iuris aliquid in feudum nostrum, longo temporis usu quiete [a] subditis nostris usurpatum, praesumere iniquum esse putamus. Et licet caveri talia per nos legitima et concessa ratione possint, tamen ne alicuius controversiae et laesionis vicinitatis insimulari videremur, significanda haec prius Magnificentiae Vestrae duximus petimusque, ut ex officio et autoritate tentare talia dictum praefectum in Schveyksno prohibeat, ne si secus factum fuerit, aliae rationes licitae nobis ineundae sint.

Deinde cum ex finium errore innumerae orientur querelae, rogatam Magnificentiam Vestram facimus, ut instet apud S. Regiam Maiestatem de commissariis ad eam rem terminandam designandis, ut quid utri parti cedat, innotescat. Id quod facturam Magnificentiam Vestram, quemadmodum crebro promisit, persuasum nobis habemus eamque bene valere cupimus. Datae Rangnet.

N. 3379.

*Angerburgi (Węgorzewo), 11.VIII.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*capitaneo Samogitiae [Hieronymo Chodkiewicz]*

*rogat, ut subditis suis concedat facultatem boves ducendi Cleipodium, eam sci-  
licet Ducatus sui partem, quae pestis contagio nondum infecta est; item,  
ut boves in Samogitia coemptos sine vectigalium exactione Cleipodium  
ducere liceat.*

*(Latine)*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 837-838.*

N. 3380.

*Angerburgi (Węgorzewo), 13.VIII.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski]*

*rogat, ut negotiorum, de quibus ad regem scripsit, curam et patrocinium susci-  
piat eaque promovere studeat.*

*(Schedula: pro communicatis novitatibus gratias agit).*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 838-839.*

*Episcopo Cracoviensi, XIII Augusti.*

*Petit negotium, de quo ad S. Regiam Maiestatem scripsit, sua opera  
iuvari agitque gratias pro communicatis nonnullis rebus.*

Non minus nobis, quam reliqua in nos Vestrae Reverenda Paternitatis amica ac fraterna studia, grata fuit nova accessio, pro qua Vestrae R. Paternitati amicas ac fraternalis gratias agimus, quamque ex servitore et consilio nostro, Assuero Brandt, pro communi amicitia factam esse in noto nego-

tio, iam finito et Deo omnipotenti commisso, intelleximus. Scripsimus autem ad S. Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, de quibusdam rebus nostris, prout Vestra R. Paternitas perspiciet, in quibus promovendis Vestrae R. Paternitatis opera nobis multum prodesse poterit.

Quamobrem amice ac fraterne petimus, Vestra R. Paternitas earum rerum curam et quasi patrocinium suspicere velit, praesertim cum nostra multum intersit, ac non minus fideliter in iis, quam in finibus Lithuaniae, quorum ea honeste apud consiliarium nostrum mentionem fecit, et aliis terminandis agere dignetur. Hoc enim sibi persuadeat Vestra R. Paternitas, nos eius amicam ac fraternalm diligentiam, quam nobis noviter per servitorem nostrum praedictum obtulit, hisce in rebus promovendis imprimis et non aliter quam in exemplari quodam perspecturos, ac quicquid nostro nomine a Vestra R. Paternitate hoc tempore factitatum esse intellexerimus, nos id amice ac fraterne promerituros esse. Nam hoc unice nobis efficiendum in amicitia, quae in rebus magnis et difficilibus potissimum conspicitur, putamus, ut si non maiori, pari tamen benevolentia ac pro meritorum in nos ratione benemerentibus respondeamus. Quibus R. Vestram Paternitatem Deo omnipotenti commendamus. Datae Angerburgk.

Cancellarius,  
Assuerus Brandt,  
Princeps  
audiverunt legere.  
W.

#### Cedula

Gratum nobis id fuit, quod ex literis Vestrae R. Paternitatis de Marchione Alberto et Domino Episcopo Culmensi<sup>1)</sup> intelleximus, eique magnas gratias pro communicatione ista agimus ac petimus amice ac fraterne, Vestra R. Paternitas nobis, si quid amplius et certius cognoverit, quamprimum pro sua promissione significare velit. Datum ut in literis.

1) Stanislaus Hosius.

N. 3381.

Lötzen (Giżycko), 13.VIII.1549.

*Albertus dux in Prussia  
castellano Posnaniensi [Andreae a Górką]  
adolescentem Melchiorem a Lehendorff, Casparis fratrem, commendat et petit,  
ut eum numero servitorum suorum ascribat.  
(Latine)  
(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).  
Ostpr. Fol., vol. 53, f. 840.*

N. 3382.

Lötzen (Giżycko), 16.VIII.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Bonae reginae Poloniae et, mutatis mutandis, palatino Cracoviensi [Petro Kmīta]*

*adolescentem, litterarum exhibitorem, commendat.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 842-843.

N. 3383.

Lötzen (Giżycko), 16.VIII.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Paulo Oborski*

*exponit causas, ob quas filium ei remittit, quod scil. cum Cracoviam tanquam tabellarium ipsum mittere voluisse, ipse levibus de causis id facere recusavit ("Itaque cum nobis integrum non sit ministros in aula nostra aleare, quorum opera cum uti vellemus, non liceret, duximus filium Generositati Vestrae remittendum eiusque loco substituendum esse alium").*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 841.

N. 3384.

Lötzen (Giżycko), 16.VIII.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Jabłoński*

*de qualitate et pretio boum in usum culinae suae coemendorum (qui non inferiores esse debent iis, "quos Podolia alit").*

(Latine)

Cfr. El. XXXVIII, N. 1188.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 841-842.

N. 3385.

Lötzen (Giżycko), 16.VIII.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Barbarae Srzeńska, palatinæ Plocensi,*

*catulum canum Anglicorum, ab ea postulatum, se hoc tempore ei mittere non posse significat, cum in loco, quo propter pestem grassantem nunc vivere coactus est, nullum eius generis catulum præ manibus habeat.*

(*Latine*)

*Cfr. El. XXXVIII, N. 1193.*

(*Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173*).

*Ostpr. Fol., vol. 53, f. 843.*

N. 3386.

Lötzen (*Giżycko*), 17.VIII.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*quod noto negotio a rege finis tandem impositus sit, gratias agit et eius rei eventum voluntati divinae committit; consultum esse censem, ut rex pacificationis onus inter regem Angliae et Galliae in se suscipiat.*

*Cfr. El. XXXI, N. 476.*

(*Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173*).

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 844-845.*

Regi Poloniae, XVII Augusti.

Agit gratias, quod tandem negotio noto finem imposuit, et scribit causas, cur pacificationi inter Regem Angliae<sup>1)</sup> et Franciae<sup>2)</sup> se honeste interponere Maiestas Sua possit.

Cum nobilis Assuerus Brant, consiliarius meus, a S. Regia Vestra Maiestate rediisset, fideliter ea omnia, quae illi Maiestas Vestra responderat, ad me retulit, partim etiam legenda dabat. Ac primum quidem, quod clementer tandem in negotio noto S. Regia Vestra Maiestas animum mentemque suam declaraverit, eas, quas deboeo, ago gratias. Tum, quod intellexerim meam opinionem et sententiam, pro captu ingenii S. Regiae Vestrae Maiestati expositam, non improbari, verum candido a me profectam pectore, sincere a S. Regia Maiestate etiam accipi. Quandoquidem autem id negotii in eum iam perduci finem contigit, sane ita ut deboeo, voluntati divinae eius eventum, ut pleraque alia, committo. Eoque rationes meas, quemadmodum et ipsa Maiestas Vestra Regia clementer consuluit, instituturus, ut porro iam, quod ex re et necessitate mea fuerit, tum ne repudiassse aut leviter S. Regiae Vestrae Maiestatis consilium habuisse videar, in effectum fiducia Christi nixus ducam.

Porro quod pacificationem Regis Angliae et Franciae, certis quibusdam rationibus adducta, S. Regia Vestra Maiestas suspendit, existimassem equidem huic tam pio operi autoritatem S. Regiae Vestrae Maiestatis nitentem vestigiis paternis non defuturam, cum quod citra aliquod S. Regiae Vestrae Maiestatis incommodum pie ista suscipiantur, tum quod apud omnes sanos non inferiorem paternis laudibus conciliatura sibi esset S. Regia Vestra Maiestas et autoritatis et regii nominis memoriam. Quod vero addit S. Regia Vestra Maiestas non difficile sibi fore, prius explorato Imperatoriae Maiestatis<sup>3)</sup> animo, id oneris subire, etsi mihi non improbaretur velle S. Regiam Vestram Maiestatem de conditionibus pacis apud S. Imperatoriam Maiestatem per legatum prius experiri, de his ita sentio, quandoquidem S. Regiam Vestram Maiestatem probe ex consiliario meo cognovisse existimo, qua ratione conditiones istae mihi concredite sint, non video citra famae aut nominis mei laesionem publicari aut communicari aliis recte posse, praecipue cum non aequae candide a quovis accipientur. Id quod S. Regiam

Vestram Maiestatem pro singulari sua prudentia facile etiam prospecturam cauturamque non dubito. Fecerit autem meo iudicio S. Regia Vestra Maiestas, his etiam non obstantibus, rem et se regioque suo nomine, si autoritatem paci consulendae interposuerit, dignam, denique utrisque etiam Regibus mutua aliquando benevolentia, mihi vero non minore studio etiam quovis tempore officiosissime demerendam. Quae ut bene valeat, opto. Datae Letzen<sup>4).</sup>

### Cedula

Praeterea, Serenissime Rex, gratias eas, quas maxime debeo, S. Regiae Vestrae Maiestati ago, quod mihi communicarit ea, quae per Reverendum Dominum nominatum Episcopum Culmensem<sup>4)</sup> apud S. Regiam Romanorum Maiestatem<sup>5)</sup> acta sunt, precorque, ut porro etiam apud S. Imperatorem Maiestatem pro voto succedant omnia. Datum ut in literis.

1) *Eduardus VI.*

2) *Henricus II.*

3) *Carolus V.*

4) *Stanislaus Hosius.*

5) *Ferdinandus I.*

\*) ab a. 1946: Gifycko.

N. 3387.

Iohannisburgi, 19.VIII.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*a rege rogatus, sententiam profert de eo, quid in negotio Pruthenico sibi videatur faciendum: 1. rem totam ad communem Regni deliberationem remittendam ("quippe quod... non haec tantum, verum utraque Prussiae pars in controversia sit posita"); 2. regem Romanorum a rege Poloniae roganendum, ut in hoc negotio onus arbitri subire velit; 3. diem actionis nonnihil differendum.*

*(Schedula: ut Achatius Czema commissarius conventui inspiciendorum finium designetur).*

*Cfr. El. XXXI, N. 476.*

*Ostr. Fol., vol. 53, ff. 846-849.*

Ad Regem Poloniae, XIX Augusti.

Scribit, quid sibi in negotio Prutenico videatur agendum; petitque.

Palatinum Marienburgensem<sup>1)</sup> in commissarium lustrandis finibus designari.

Serenissime Rex.

Alteris iam literis meis obsignatis, allatae ad me sunt literae S. Vestrae Regiae Maiestatis una cum inclusa commissione, negotium Prutenicum concernente. Ac primum quidem quod ad hominem, ex Livonia per ditinum S. Vestrae Regiae Maiestatis in Germaniam redeuntem, attinet, rationibus in hoc S. Regiae Maiestatis acquiesco. Deinde quod de responso, per Magnificum Dominum Palatinum Siradiensem<sup>2)</sup> Augusta superiori anno allato, scribit, equidem fateor, quod res est, id responsi iam inde ab initio

non tam mihi, quam S. Regiae Maiestati et nonnullis Regni consiliariis displicuisse, nec adhuc mihi probari, cum quod alere laesionem dignitatis S. Vestrae Regiae Maiestatis videatur, tum quod magis ex eo gravari quam promoveri negotium Prutenicum animadvertam, neque hac ratione optatum et iustum finem consequutur existimem, praecipue cum eo iam ventum sit, ut id negotii in commissionem S. Regiae Romanorum Maiestatis<sup>3)</sup> iverit. Nec facile animum sententiamque suam Imperatoriam Maiestatem mutaturam putem. Licet Reverendum Dominum nominatum Episcopum Culmensem<sup>4)</sup> de studio diligentiaque sua nihil passurum desiderari existimem, semel tamen accepta et approbata aegre retractari posse metuo.

Quoniam autem S. Regia Maiestas pro studio et officio consilium meum hac in re sibi communicari cupit, in eo quidem fidem, qua S. Regiae Vestrae Maiestati obligor, libenter agnosco. Verum cum in negotio tam arduo matura ac bene meditata deliberatione opus sit, quippe quod principaliter ad S. Regiam Vestram Maiestatem inclitumque Poloniae Regnum spectat, et non haec tantum, verum utraque Prussiae pars in controversia sit posita, perlubens sane meum qualemque S. Regiae Vestrae Maiestati impartirer consilium, nisi difficultate impedirer. Nam si ea S. Imperatoriae Maiestatis<sup>5)</sup> commissioni morem gereret, dignitati Vestrae Regiae Maiestatis aliquid per tacitam illam submissionem, qua se tanquam iudici Caesariae Maiestati subiiceret, detractum iri vereor. Si vero commissionem dictam plane reiiceret, Caesariam Maiestatem id gravatim laturam esse et magis irritum iri timeo. Quorum utrumque cum periculoso sit, neque quicquam praeter consensum et maturam totius Regni Poloniae ordinum deliberationem faciendum sit in hac causa, praestare existimo, ut haec ad communem Regni deliberationem remittantur, negotioque ultiro citroque examinato procedatur. Si tunc pro mea tenuitate quicquam consulere insuper potero, faciam studiosissime.

Porro et id mihi non improbatur, si S. Regia Vestra Maiestas, prioribus per suum legatum non obtentis et commissione data prudenter declinata, ad extrellum recurreret eo, ut consensu Imperatoriae Maiestatis Serenissimus Rex Romanorum non delegatus a Caesaria Maiestate, sed a partibus sumptus et postulatus, arbiter seu arbitrator et amicabilis compositor esset, praecipue autem id inde confido, quod inter cetera commissionis contenta haec addatur clausula, ut si tractationem ipsam a nobis fieri Serenitati Vestrae placuerit, commissarios etc. Iam si submoveri praedicta, quae ad dignitatem Vestrae Regiae Maiestatis et Caesariae Maiestatis gratiam retinendam attinent, tacite possent, non inconsultum mihi videretur, ut S. Regia Vestra Maiestas per literas aut nuntium apud Serenissimum Romanorum Regem in eam quoque sententiam ageret, ut iam dicta conditione onus arbitri subiret. Quod si autem amicabiliter transigi res hoc tempore non posset, ut tum, quicunque tandem sibi ius in Prussiam competere arbitraretur, coram Regia Vestra Maiestate, uti iudice competenti, experiretur, quemadmodum id Vestram Regiam Maiestatem oratori suo prudenter mandasse ex literis eiusdem perspexi. Aut si Caesariae Maiestati non probaretur, ut Vestra Regia Maiestas iudicis officio fungeretur, ut tunc delegati iudices constituerentur, in quos tam Regia Vestra quam Imperatoria Maiestas consentiret, quemadmodum id S. Regia Vestra Maiestas ornatus pro singulari sua prudentia illustrare poterit.

Denique his ita succendentibus et id addat, quoniam dies huic actioni dictus perangustus est, nec ita facile necessaria cause colligere et apte disponere S. Regia Vestra Maiestas possit, ne dedignetur Regia Romanorum Maiestas actionem istam in longius differre tempus. Ita et S. Regia

Vestra Maiestas rationes ac consilia sua, quibus nitendum sit, eo rectius maturare posset. Si quoque his ita obtentis S. Regiae Maiestati visum fuerit, ut et meos consiliarios addam, non quidem tanquam pars, cuius vicem me agere neque convenit, neque oportet, sed ut ea, quae necessaria et causae conferre videbuntur, Maiestatis Vestrae legatis, communicatis utriusque consiliis, manifestiora fiant. Et si quid porro etiam praestare potero, nihil in me desiderari patiar. Quidquid autem Regia Vestra Maiestas in hoc negotio concluderit et agendum putaverit, quale responsum acceperit quidve a me fieri voluerit, rogo, mihi significet. Quantum enim pro mea virili promovere et iuvare potero, faciam diligentissime et non aliter, quam fidum Principem decet. Atque haec S. Regiae Vestrae Maiestati subdite et amice rescribenda duxi. Datae Johannspurgk ut supra.

Commissio Principis  
Relatio Cancellariae  
Princeps audivit.

Cedula

Ceterum, Serenissime Rex, quoniam adhuc de finibus inter districtum Strasburg<sup>6)</sup> et hunc meum Ducatum ambigitur, rogatam S. Regiam Vestram Maiestatem facio, ut Dominum Palatinum Marienburgensem commissarium inspiciendi et terminandi istos fines designet, eique aut Reverendum Dominum Episcopum Warmiensem<sup>7)</sup> aut quemvis alium, excepto saltem eo, qui eius controversiae pars est, adiungat, ut inter paucos eo citius ad rem eatur, ne ex multitudine commissariorum, varia semper refugia quaerentium, negotium differatur. Fecerit in hoc S. Regia Vestra Maiestas rem utriusque partis subditis longe proficuam, mihi vero demerendam. Datum ut in literis.

A.M.

- |                              |                             |
|------------------------------|-----------------------------|
| 1) <i>Achatius Czema.</i>    | 5) <i>Carolus V.</i>        |
| 2) <i>Stanislaus Łaski.</i>  | 6) <i>Brodnica.</i>         |
| 3) <i>Ferdinandus I.</i>     | 7) <i>Tidemannus Giese.</i> |
| 4) <i>Stanislaus Hosius.</i> |                             |

N. 3388.

S.l., 21.VIII.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Bojanowski, secretario regio,*

*pro binis litteris gratias agit et de negotio nepotis sui Alberti iunioris apud regem expediendo certiorem se reddi petit; de sua Cracoviam ad investitutram feudi accipiemad profectione ex litteris suis, ad regem datis, eum cognitum esse nuntiat; promittit se curaturum, ut litterae Ioanni Łaski inscriptae per mercatores illi perferantur; rogat, ut se, Ortelsburgi vel in Poppen nunc commorantem, invisere velit.*

*Cfr. El. XXXVIII, N. 1190.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 49v-50v.*

Ahn Stanislaum Boianovium, den 21 Augusti.

Wir haben number von euch zwey schreiben, die von uns bisdaher noch unbeantwort, empfangen und aus denselben allerley, des ir uns eurer treu-

heit nach anzeigen thuth, verstanden. Nhun habt ir uns ahn deme zu sonderm angenhemen gefallen gethan. Thun uns auch dess gegen eur person ganz gnediglichen bedancken. Und seinthemall wir vorstehen, das allerley von hendlen, unsern freuntlichen lieben vettern und sohen, marggraff Albrecht den jungern, wegen der heirath und anders betreffende, ahn koniglichen hoff gebracht, begeren wir gnediglich, ir wollet mith allem vleiss darnach forschen und uns, soviel muglich, wie es damith gelegen, zufellig eroffenen.

Leit aber ist es uns, das wir mith Goth bezeugen, die hendell unsfern vettern, zu forderst aber der loblichen Cronen zu beschwer und nachteil also laufen sollen, den lieben Goth bietende, ehr wolle alle sachen dermasen ordnen und schicken, dadurch die zu seinen ehren, zu aufwachs der Cron und dere zugethanen gelangen mogen. Do wir auch fur unser person ichtes dazu dienen oder fordern konten, weren wir gewilligt. Als ir aber, ob wir uns auf den angesatzten tagk zu empfahung der lehen gein Cracaw zu begeben gesinneth oder nicht, zu wissen begereth, zweifeln wir nicht, ir aus dem schreiben, des wir neulich ahn ko.mt. uff derselben erfordernus gethan, aus was notigen ursachen wir umb verlengerung solchs bestimbten tages gebeten, sonder zweifel vernhomem haben werdeth. Wes aber hirauf irer mt. gemuth, ist uns noch zur zeit geborgen, konnen auch, ehedan derselben widerantworth wir erlangen, wes uns hirinne zu thuen, nicht schlissen.

Das gelth, derhalben ir umb bescheidt, wem ir dasselbe widerumb uns zum besten zu entrichten, bitten thut, wissen wir euch itzo keinen, dem ihrs fuglichen zu lifern, anzuseigen, besonder wolleth solchs biss auf ferner unser erfordern bey euch bleiben lassen.

Eur brieflein ahn ehrn Johan Laski lautende, ist neben dem unsfern auch ahn uns gelangeth. Weil ehr aber albereith von hinnen verruckt, haben wir die bestellung gethan, das ime ein solchs durch kaufleute hoflich ins erste werden solle.

Und seinthemall wir auch aus eurem schreiben unter anderm sonderlich vermercken, ihr euch ahn uns zu begeben und allerley zu eroffenen nicht ungeneigt, auch bitteth euch ein orth, do ir uns itzo antreffen mochtet, zu vormelden, nemen wir solche eure wolmeynung zu gnaden ahn und konnen euch nicht pergen, das wir vormittelst gotlicher hulff uns uff unserem haus Ortelsburgk oder zum Poppen ein zeitlangk zu enthalten badacht. Do ir nhu uns derorth zu besuchen und uns dessen, das uns vleicht zu wissen notigk, zu eroffenen unbeschwerth, gereicht uns zu sonderm gnedigen gefallen, in gnaden hinwider zu erkennen. Und wolten euch diss etc.

H. Stend[rich].

N. 3389.

Iohannisburgi, 21.VIII.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Wojslawski, canonico Plocensi et Varsaviensi, notario Lomzensi,  
de equis regiis, per capitaneum suum errore quodam detentis, sibi nihil con-  
stare nuntiat et promittit ea de re ad capitaneum suum scribere.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVIII, N. 1194.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 849.

N. 3390.

Iohannisburgi, 22.VIII.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Łaski*

*eius in perscribendis novitatibus studium sibi gratum fuisse nuntiat et rogat,  
ut se saepius litteris suis invisat; negotium cum sorore regis Angliae au-  
toritate sua promoveri et annos aetatis dictae principis sibi significari  
petit.*

*Cfr. El. XXXVIII, NN. 1191, 1192.*

*(Adest 2 conc. Lat., HBA, B, K. 1173).*

*Ostpr. Fol. vol. 53, ff. 853-854.*

*Ioanni a Lasco, XXII Augusti.*

*Agit gratias pro communicatis novitatibus petitque negotium cum  
sorore<sup>1)</sup> Regis Angliae <sup>2)</sup>opera sua iuvari.*

Reverende ac Generose, singulariter nobis dilecte.

Binas a Reverenda Dominatione Vestra accepimus literas, quibus par-  
tim novitates nobis communicat, partim quid consilii capere et ubi porro  
certis rationibus adducta R. Dominatio Vestra moram aliquam trahere  
decreverit. Ac primo quidem pergratum nobis fuit studium R. Dominatio-  
nis Vestrae in perscribendis novitatibus. Deinde quoniam rebus R. Domina-  
tionis Vestrae sic stantibus in loco nobis assignato haerere aliquandiu sta-  
tuit, rogatam eam facimus, ut nos litteris suis saepissime invisat rerumque  
suarum statum significet. Ac si qua ex parte nostram sibi operam et autho-  
ritatem proficuam esse putaverit, id sibi persuadeat, non nullam (quemad-  
modum et hactenus factitatum) bene merendi de ea occasionem neglectu-  
ros.

De negotio autem sororis Serenissimi Regis Angliae nihil adhuc abso-  
luti R. Dominationi Vestrae scribere possumus, sperantes tamen haec pro-  
pediem maturata iri. Gratiouse interim cupientes, ut suam tantisper interpo-  
nat operam et diligentiam R. Dominatio Vestra, ne quid haec qualiscumque  
mora incommodi aut sinistri pariat. Praeterea et nos annorum aetatis Sere-  
nissimae istius Reginae virginis certiores reddat, literas adiunctas ad eos,  
quibus inscriptae sunt, perferri curet. Fecerit in eo R. Dominatio Vestra  
gratissimum ac mutua aliquando benevolentia vicissim demerendum.  
Datae Johannspurgk etc.

Cancellarius retulit.

A.M.

1) *Maria Tudor.*

2) *Eduardus VI.*

N. 3391.

Iohannisburgi, 22.VIII.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Iacobo Bagieński, vexillifero Visnensi,*

*pro subdito suo nobili Rogala, cui propter homicidium, in districtu suo Iohan-*

*nibusurgensi anno superiore patratum, domus arrestata est, intercedit et  
rogat, ut ei, prout eiusmodi criminis insonti, domum arresto liberari  
faciat.*

(*Latine*)

*Cfr. El. XXXVIII, NN. 1148, 1197.*

(*Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173*)

*Ostpr. Fol., vol. 53, f. 852.*

*N. 3392.*

*Iohannisburgi, 22.VIII.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Wunsam, civi Cracoviensi,*

*vini Hungarici eandem quantitatem et eiusdem bonitatis ac illud, quod ante  
annum sibi miserat, sibi mitti iubet.*

(*Germanice*)

*Ostpr. Fol., vol. 45, f. 51.*

*N. 3393.*

*Przerośl, 26.VIII.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*iterum adducit rationes, ob quas in persona se ad regem hoc tempore conferre  
nequeat: temporis scil. angustiam et pestem in omni fere Ducatus sui parte  
saevientem; consiliarios tamen suos, "qui extra hanc luem vixerint", ad  
diem designatum se esse ablegaturum nuntiat et sperat regem privilegia et  
iura sua legatis suis, non secus ac sibi praesenti, confirmaturum et feu-  
dum collaturum esse.*

*Cfr. El. XXXI, N. 477.*

(*Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173*).

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 854-857 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 51-53v,  
cum dato: 25.VIII.1549).*

*Regi Poloniae, XXVI Augusti.*

*Scribit causas, quare praesentia sua postulatis S. Regiae Maiestatis in  
praestando homagio satisfacere nequeat, offert se tamen promptum  
proficisci ad Maiestatem Suam, ubi horrore eius Maiestati fore non  
videatur.*

*Serenissime Rex etc.*

*Redditiae mihi sunt S. Regiae Vestrae Maiestatis literae, quibus perlec-  
tis cognovi S. Regiam Vestram Maiestatem certis adductam rationibus, cur  
integrum sibi esse non putet prorogandi homagii praestandi diem. Quae  
omnia cum ita, ut debebam, reverenter acceperim, sic non minus gratum  
mihi fuit, quod ex iisdem intellexerim S. Regiam Vestram Maiestatem tem-  
pus praedestinatum in octiduum clementer distulisse. Cuius regii favoris*

benevolentiaeque mihi praestitae nomine officiosissimas ago gratias. Ac sane nihil prius antiquiusque optarim, quam mea praesentia S. Regiae Vestrae Maiestati, uti Domino et consanguineo meo clementissimo, vel quovis tempore nedum iam ad eius postulata praesto esse, operam illi meam quemadmodum hactenus a me studiosissime factitatum, ad extremum etiam vitae halitum praestare decrevi, summa observantia deferrem, nisi certis iisdem que iustis impedirer rationibus, per quas me ad S. Regiam Vestram Maiestatem hoc tempore conferre impossibile est. Cum quod tempus deputatum perangustum sit, ut rebus necessariis<sup>a</sup>, tam S. Regiae Vestrae Maiestatis, quam meum ipsius honorem concernentibus, praeparandis non sufficiat, tum quod indultu divino contagium pestilitatis, quod et proximis meis literis significabam, fere totum hunc meum Ducatum infecerit, ut excepta solitudine, in quam secedere coactus sum, vix pars ulla ab ea lue sit salva, nedum castrum Regiomontanum, circa quod ita sunt infecta omnia, ut ea etiam, quibus omnino, si mihi ad S. Regiam Vestram Maiestatem proficiendum esset, carere non possem, citra periculum inde transferre nequitem, nisi me ipsum in discrimen adducere, aut illis ipsis ex dicto iam castro Cracoviam ablatis me meosque inficere, aut rebus iisdem partim Cracoviae primum per me reserandis et detegendis non minus S. Regiae Vestrae Maiestati, quam aulicis eiusdem, discriminis esse videri vellem.

Quae ut cavere obligatum me agnosco, ita praeter haec omnino necessarium duco, ubi S. Regiae Vestrae Maiestatis postulatis praesentia mea satisfaciendum mihi esset, ut et eos ex consiliariis, qui tam S. Regiae Vestrae Maiestati, quam meae ipsius personae honori sint, mihi adiungarem. Quos cum aliunde quam ex praesentissimo pestis contagio evocare ad me nequeam, viderer praeter decorum et fidei et obligationis meae fecisse, si his neglectis S. Regiae Vestrae Maiestatis aut consiliariorum eiusdem valetudini periculo forem. Itaque adductis de causis, repugnante licet voluntate mea, summo equidem visendi S. Regiam Vestram Maiestatem desiderio ardente, hic haerere aliquantis per cogor. Consiliarios autem meos plenipotentes, qui extra luem vixerint, ad diem designatum, quandoquidem id liberum S. Regiae Vestrae Maiestatis literae faciunt, ablegabo. Interim supplex S. Regiam Vestram Maiestatem petens, ne in malam partem hanc meam absentiam interpretetur, aut secus quam adductis rationibus et difficultatibus fieri intelligat.

Deinde spero S. Regiam Vestram Maiestatem clementer quoque privilegia, immunitates, iura et regalia mea, quemadmodum creberrime promisit, innovata confirmaturam feudumque Ducatus Prussiae legatis meis, non secus ac mihi praesenti, collaturam. Sin vero S. Regia Vestra Maiestas praeter haec posita in re aliqua opera mea consiliove pro virili et captu ingenii mei uti volet, officiosissime S. Regiam Vestram Maiestatem oro, ut id clementer mihi significare dignetur. Tum quidem non curans molestiis et incommoditate mea, iis etiam neglectis, quibus alioqui aegre carere possem, nisi horrori ex praedictis S. Regiae Vestrae Maiestati fuero, citissimis itineribus, apparatu saltem venatorio, me ex venationibus, in quibus iam versor, ad S. Regiam Vestram Maiestatem conferam, citraque omnem fucum pectore sincero et candido (quemadmodum et hactenus a me factitatum) talem me S. Regiae Vestrae Maiestati praebebo, quod fidem decet vasallum et sanguine iunctum Principem. Iterum atque iterum S. Regiam Vestram Maiestatem oratam faciens, ut hanc meam excusationem clementer accipere dignetur. Id me officiosissime debitaque subiectione demeritum recipio. Quibus S. Regiam Vestram Maiestatem, cui haec rescribenda

duxi, etiam atque etiam divinae protectioni, me vero favori regio committo.  
Datae Przerosla etc.

A.M.

a) *in ms. res necessarias*

N. 3394.

*Przerośl (Przeroslau), 27.VIII.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Bernardo Pretwicz, capitaneo Barensi,*

*narrat de homine quodam, qui cum plaustro cornubus cervinis pleno et alio  
homine, ante plaustrum boves pellente, ad aulam suam venit et se servito-  
rem eius esse dixit et adventum tertii, litteras portantis, annuntiavit;  
notum facit se unum ex eis liberum dimisisse, alterum vero tamdiu apud  
se retinere statuisse, donec tertius cum litteris veniat et res tota clarescat.*

*(Germanice)*

*Cfr. El. L, N. 537.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 53v-54.*

N. 3395.

*Spychowo (Poppen), 28.VIII.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*victoriā de Tartaris reportandam regi precatur; consiliarios suos, se inscio et  
invito ex itinere regressos, iterum ad regem properare se iussisse nuntiat et  
propediem Cracoviae futuros non dubitat; rogat, ut rex priorem excusatio-  
nem suam accipiat, nec consiliariorum regressionem inobedientiae suaē  
ascrībat.*

*Cfr. El. XXXI, N. 479.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 875-876.*

**Regi Poloniae, XXVIII Septembri.**

Agit gratias, quod tempus accipiendae investiturae differendum duxerit,  
petitque, ut priorem excusationem adhuc clementer admittat.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Redditæ mihi sunt S. Regiae Vestrae Maiestatis literæ, quas ea, ut  
debui, reverentia accepi indeque cognovi, quod Tartarorum copiae in ditio-  
nes S. Regiae Vestrae Maiestatis moliantur. Quae res pro ea, qua erga S.  
Regiam Vestram Maiestatem feror et fide et observantia, non parum ani-  
mum meum perculit, quippe quod periculis S. Regiae Vestrae Maiestatis  
indolere, prosperis autem laetari obligatum me agnoscam, licet non dubi-  
tem S. Regiam Vestram Maiestatem eas rationes (quemadmodum scribit)  
inituram, ut fractis hostium conatibus laeta potitura sit victoria. Ad quam

rem feliciter conficiendam omnia secunda S. Regiae Vestrae Maiestati pre-cor.

Quandoquidem autem S. Regia Vestra Maiestas, impellente ea necessitate, feudi investituram in aliud differre tempus statuit, ago S. Regiae Vestrae Maiestati gratias, quod me eius certiorem fecerit. Quamquam maluissem id hoc tempore confieri, ne posthac eo nomine S. Regiam Vestram Maiestatem molestare opus fuisse, siquidem consiliarios meos, licet me inscio et invito ex itinere regressos, ei negotio confiendo citis itineribus ad S. Regiam Vestram Maiestatem properare, quemadmodum prioribus literis meis S. Regia Vestra Maiestas cognoscet, mandavi. Quos et propediem apud S. Regiam Vestram Maiestatem praesto futuros non dubito. Officiosissime autem S. Regiam Vestram Maiestatem rogatam faciens, ut priorem meam excusationem clementer accipiat, nec dictam regressionem consiliariorum meorum mihi, quippe citra cuius voluntatem et iussa haec acta sunt, imputet, inobedientiae alicui adscribat, aut mihi meisque praeiudicare patiatur, verum ut prima commoditate oblata alium ad eam rem diem clementer statuat, ac si me praesto esse volet, maturius eius certiorem reddere dignetur. Quo facto talem me, quemadmodum hactenus factitatum, praestabo, ne quid de mea in S. Regiam Vestram Maiestatem fide, observantia, integritate et officio a quoquam desideretur. Quod ut persuassimum sibi S. Regia Vestra Maiestas habeat, etiam atque etiam expeto.

Quoniam vero dictis oratoribus meis nihilominus ad S. Regiam Vestram Maiestatem pergere iniunxi, rogatam eam facio, ut in iis, quae meo nomine ad eam referent, eos benigne audire plenamque dicentibus fidem adhibere dignetur. Id me officiosissime promeritum recipio, eamque hisce felicissime valere percupio. Datum Poppen etc.

A.M.

N. 3396.

Iohannisburgi, 28.VIII.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*litterae credentiales pro Petro barone a Dohna, capitaneo Morungensi, Boleslao barone ab Eulenburg, capitaneo in Bartenstein (Bartoszyce), Andrea a Wil-mansdorf, capitaneo Soldaviensi, Christophoro Jonas, iuris utriusque doc-tore, et Wolfgango Codritz, oratoribus suis ad regem ablegatis.*

*(Latine)*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 857-858.*

N. 3397.

Iohannisburgi, 28.VIII.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*senatoribus et primoribus Regni Poloniae*

*litterae credentiales pro Petro barone a Dohna, capitaneo Morungensi, Boleslao barone ab Eulenburg, capitaneo in Bartenstein (Bartoszyce), Andrea a Wil-*

*mansdorf, capitaneo Soldaviensi, Christophoro Jonas, iuris utriusque doc-tore, et Wolfgango Codritz, oratoribus suis ad regem ablegatis.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 858-859.

N. 3398.

*Iohannisburgi, 28.VIII.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Wojslawski, canonico Plocensi et Varsaviensi, notario Lomzensi, nuntiat se, re accuratius perquisita, capitaneo suo mandasse, ut equos et res alias, subditis reginae Bonae a custodibus silvestribus ereptas, eis restituat; rogat, ut litterarum exhibitori, municipi Memelensi, ad Hieronymum Chodkiewicz, castellanum Trocensem et Samogitiae capitaneum, nunc in Russia commorantem, iter facienti, liberum per ditionem suam transitum concedat.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVIII, NN. 1194, 1211, 1212.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 859-860.

N. 3399.

*Przerośl, 29.VIII.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Łaski*

*quae sibi de comite a Mansfeld scripserit, se intellexisse nuntiat; a Simone Loytz, cive Gedanensi, se quoque litteras accepisse significat, quibus quie-tantiam super 10.000 talerorum sibi mitti petit.*

Ostpr. Fol., vol. 81, Heiml. Reg., ff. 786-787.

An hern Johan Lasski, den 29 Augusti 49.

Wir haben eur schreiben, den 13 Augusti zu Dantzig ausgangen, bekom-men und daraus, wes ihr des graven von Mansfeld halb an uns schreibt, ver-standen. Doneben wollen wir euch nicht pergen, das wir auch von Simon Loyzen von Dantzig ein schreiben bekommen, der stragks begeret, ihm eine vorsicherung uff zehn tausent thaler zuzusenden, doch nichts meldet noch anzeigt, ob und wer das geld empfangen ader wie es darumb ein gestald. Derwegen wir es auch, wie ihr in eurem schreiben, dafur halten, bemeltem von Mansfeld eure jungsten briefe velleicht zu der zeit noch nit behendigt sein worden. Nun zweiflen wir nit, ihr habt euch zu erinnern, wie unser abscheid, den wir mit euch gemacht, gelautet; soll auch deme, wes wir vertröstet, inhalts des abscheides von uns volge geschehen. Uns felt aber allerlei bedenkens fur in deme, das solche handel als an uns gelangt, sehr welt leufig gesucht, darob sr l. wenig gedienet und gleichwol daraus allerlei nachteil zu vormutten. Zudem wolle jhe vonnöten sein, das uns bekentnus, das das geld empfangen, und genugsame schadlos vorsicherung,

wie die abrede gelautet, zugesandt, domit wir uns in alle felle darnach zu achten und nicht, wie sonst dissfals geschehen, ihm finstern zu handlen. Ohne das habt ihr zu erwegen, das uns in etwas einzulassen bedencklich etc. Datis zu Przerosla, ut supra.

N. 3400.

[Iohannisburgi], 30.VIII.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Bernardo Pretwicz, capitaneo Barensi,*

*notum facit alterum eius servitorem, de quo 27.VIII. scripsit (cfr. N. 3394), adventum tertii nomine Marci, litteras portantis, diutius exspectare noluisse; se itaque, dato ei viatico, domum eum remisisse nuntiat.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, f. 54v.

N. 3401.

Iohannisburgi, 31.VIII.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*proconsuli et consulibus Lomzensibus*

*pro capitaneis suis: Licensi, Michaele Eisack, et Stradaunensi, Christophoro Cedwitz, qui paucos ante annos aliquot pisces et mella cruda Iacobo Bielonka, civi Lomzeni, crediderunt et nullam hactenus debitae eis pecuniae solutionem consequi potuerunt, intercedit.*

(Latine)

Cfr. El. XLV, N. 87.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 860-861.

N. 3402.

Spychowo (Poppen), 3.IX.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Andreae a Górką, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,*

*Casparem a Lehendorff, cubicularium suum, secretiora quaedam mandata sua ei relaturum, mittit et rogat, ut benigne eum audiat et plenam in omnibus fidem ei habeat.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVIII, N. 1198.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 862.

N. 3403.

Spychowo (Poppen), 12.IX.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Wunsam, civi Cracoviensi,  
optimum vinum Hungaricum, quam citissime fieri potest, sibi mitti iubet, ita  
ut iam ante Nativitatis festum in Regium Montem advehatur; rogat, ut  
pergamenam ad usum suum emat et eam consiliariis suis Cracoviae praes-  
entibus, eandem ad se apportaturis, tradat.*

(Germanice)

Cfr. El. XLV, N. 75.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 54v-55.

N. 3404.

Spychowo (Poppen), 14.IX.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski] et, mutatis mutandis, castellano  
Cracoviensi [Ioanni Tarnowski]  
rogat, ut apud regem instare velit, quo "dies concessionis feudi eo usque dif-  
feratur, donec iuvante Deo pestilas remittat".*

(Latine)

Cfr. El. XXXVIII, N. 1203.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 863-864 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 55-55v).

N. 3405.

Spychowo (Poppen), 15.IX.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae  
consiliariorum suorum, ad accipiendam feudi investituram Cracoviam iter  
facientium et ex eo regredi coactorum, casus et infortunia narrat et rogat,  
ut rex concessionem feudi eo usque differat, donec pestis cesseret, aut tanto  
saltem tempore suspendat, quantum ad conficiendum iter necessarium est.*

Cfr. El. XXXI, NN. 478. 480.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 864-869 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 56-57v,  
cum dato erroneo: 15.XII.1549).

Regi Poloniae, XV Septembbris.

Scribit causas, cur legati regredi sint coacti, petitque suspensionem  
incipiendae investiturae.

Serenissime Rex etc.

Cum ad Vestrae Regiae Maiestatis postulata ad diem Exaltationis S.  
Crucis Cracoviam ipse, ad feudum Ducatus Prussiae accipiendum, profici-  
isci non possem, sed impedirer necessariis de causis, quemadmodum Vestra

Regia Maiestas ex binis meis literis perspexit, legatos meos, pro mea debita obedientia et Vestrae Regiae Maiestatis clementi concessione, cum mandatis et sufficienti potestate eo mittendos duxi, qui non secus, ac si ego ipse praesens adessem, agerent, sperans eos iusto tempore et loco adventuros et totum negotium apud Vestram Regiam Maiestatem omnimode absoluturos esse. Praeter spem autem meam hac ipsa hora a dictis meis legatis et consiliariis literas accepi, quibus dolenter indicant se mandata mea exequi hoc nomine non potuisse, sed regredi coactos esse, quod nusquam transire libere potuerint et in periculo vitae fuerint. Nam cum primum ex Soldau profecti essent et Szcinski<sup>1)</sup> pervenissent, invitati sunt ad cenam a Domino Palatino Plocensi<sup>2)</sup>, qui inter reliquos sermones etiam hoc addidit, ipsis nequaquam transitum concessum iri, propterea quod mandatum esset serio omnibus Vestrae Regiae Maiestatis subditis, ne quem, cuiuscumque conditionis homo est, ex Prussia proficiscentem hospitio exciperent aut transire permitterent, ne contagio et aeris infectio importaretur. Si autem quisquam id violentia quadam moliretur, eum occidendum quoquo modo esse. Quod cum eos valde sollicitos redderet, cogitaverunt, quanam via et ratione tutissime iter facere et commissa negotia exequi possent. Ac hoc nomine dictum Palatinum rogarunt, ut sibi adiumento esset, quo per suam ditinom suaque dominia iter facere tuto possent, idque facile obtinuerunt. Sequenti igitur die non recta, sed alia via Plunski<sup>3)</sup> pervenerunt, ubi propter literas commendaticias dicti Palatini difficulter tum recepti sunt. Inde perrexerunt ad Vistulam prope monasterium Szerwinski<sup>4)</sup>, cum certiores facti essent in Wissczegrat<sup>5)</sup>neminem recipi, nec per Vistulam transvehi, sperantes se propter familiaritatem et notitiam Capitanei mei Soldavensis<sup>6)</sup> cum Abbat<sup>7)</sup> eius loci transvectionem impetratueros. Quod ita factum est, et insuper literas ad Capitaneum in Tsachatschowa<sup>8)</sup>, quo ibi reciperentur, consequuti sunt, postea autem<sup>a)</sup> magnis laboribus et molestiis cavere etiam incolis de indemnitate apud superiore magistratum coacti sunt, si se tandem hospitio excipi vellent.

Deinde profecti sunt Squirnowitz<sup>9)</sup>, cuius incolae adeo etiam aspectum ipsorum formidarunt, ut nisi Capitaneus Soldaviensis cuidam hospiti ibidem notus fuisset, immediate cum magna penuria et fame in campo diverendum fuisset. Ac cum iam receptus esset dictus Capitaneus meus, reliqui tamen, antequam de indemnitate etiam caverent, si quid ex infecto aeris, quem secum habere dicebantur, damni accederet, non sunt admissi. Nam palam professi sunt tam severe et sub tanta poena mandatum esse, ne quemquam ex hac regione hospitio susciperent, ut si neglecto mandato ex alicuius aedibus contagio proficiseretur, autor statim cum tota familia in sua domo concluderetur et fame periret, aut in perpetuum ex urbe et omnibus facultatibus eiiceretur. Cum itaque tam periculosa cautione facta, quam necessitas ipsa suadebit, recepti essent, homines tamen non secus quam venenum eos timuerunt et difficulter quicquam largiri nec hipocustum aut cubiculum eis concedere voluerunt, sed in prioribus aedium partibus pernoctare coacti sunt, in hac necessitate et angustia praeter omnem spem tristis casus accidit, ut servus in vehementem pestilentiae morbum sub vesperam incideret ac tantos gemitus ederet, quasi iam iam moriturus esset. Quod cum hospita et alii quidam audivissent, continuo petere coeperunt, ut Dei amore aegrotum alio transferrent, ne in aedibus expiraret, aliqui non obscurum esse, quantum sibi et ipsis periculum inde existeret. Quod si autem hoc non facturi essent, se indicaturam rem totam consuli eius loci idque allatum ipsis magnum malum. Quare operam darent, ne utrius parti malum accerserent. Quamvis autem alias morbi causas assi-

gnarent, tamen nihil profecerunt. Quamobrem in magno discrimine versati sunt, nec certum fuit, quoniam miserum hominem pacto alio transferrent, aut quo in loco collocarent.

Cum autem fama latius vagaretur et multi ex vicinis urbibus, Lovitz<sup>10)</sup>, Volwors<sup>11)</sup> et reliquis, ibi commorarentur, clam aegrotum illum curri, in quo cibaria et alia ad culinam necessaria supellectilia vehebantur, impo-suerunt, qui quamprimum ex civitate vectus esset, mortem in illo ipso curru obiit. Ex illis omnibus, Serenissime Rex, tantus rumor extitit, ut omnes, qui ex vicinis oppidulis advenerant, subito abirent et ipsi tumultum aliquem civium et impetum in se futurum crederent. Quapropter res ipso-rum illis curae fuerunt, equos et currus paraverunt ac, cum existimarent se cum isto suo famulitio propter sparsum ubique rumorem pergere non posse, domum remittere omnem apparatum, et ne in ipsis culpa aliqua esset, alios currus conducere decreverunt, quibus mature Cracoviam veherentur. Sed nec currus nec equos, propterea quod omnes eos timerent et fugerent, habere pro pretio licuit. Haec ob causam et propter inevitabilem necessita-tem, nocte intempsa relicta urbe, regredi eos oportuit. Scripserunt autem ad Reverendum Dominum Episcopum Cracoviensem<sup>12)</sup> etc., antequam discederent, et causas necessarias, quibus impedirentur quidve in itinere accidisset, exposuerunt, cum adjuncta petitione, ut me et ipsos Vestrae Regiae Maiestati excusaret praesentemque necessitatem et difficultatem consideraret Sua Reverenda Paternitas. Tantus enim ubique omnes homi-nes timor invasit, ut etiam in regressu, licet alia via versus Wischegrat pro-ficiscerentur seque Cracovia venire dicenter, omnes ad aspectum illorum nares occluserint ipsisque aliquando ad saepes cubandum fuerit. Ex quo facile colligi potest, quidnam futurum fuisse, si per illa loca initio transire voluissent, ubi nemini dubium fuisse eos ex Prussia venire.

Quamobrem, cum ea sit rei conditio certumque sit meos subditos non sine periculo et difficultate hoc tempore propter pestilitatem alio se con-ferre posse, ego tamen, non habita eius ratione, ad postulata Regiae Vestrae Maiestatis bona spe et pro debita obedientia mittendos legatos duxerim, Vestram Regiam Maiestatem una cum incliti Regni ordinibus subdite et amice peto, Vestra Regia Maiestas has causas tanquam sufficietes acci-pere clementer, neque inobedientiae aut voluntariae praetermissioni assi-gnare velit. Praeterea dignetur concessionem feudi eo usque differre, donec praesens infectio cesseret aut, si id quoque Vestrae Regiae Maiestati grave est, ut saltem tanto tempore suspendatur rogo, quantum ad iter conficien-dum necessarium est. In illis etiam locis, qua meis legatis eundum erit, curare dignetur, ut per illa tuto et citra impedimentum transire possint. Quamprimum de eo per S. Vestram Regiam Maiestatem certior factus fue-ro, legatos iterum ablegare idque facere paratus sum, quod pro mea subiec-tione debeo. Iterum subdite et amice petens, Vestra Regia Maiestas hanc excusationem necessariam clementer accipere velit eamque in memoriam, si quando res postulabit, revocare dignetur. Quemadmodum id coram Vestra Regia Maiestate, statibus incliti Regni et omnibus aliis solenniter protestor, quod haec praetermissio necessaria meorum legatorum, quos ut meo nomine ablegarem, Vestra Regia Maiestas clementer concessit, propter praedictas summas necessitates, et cum praeter meam voluntatem et con-sensum re infecta redirent, mihi praeiudicium ullum aut inobedientiae notam afferre nec possit ne debeat. Quod quidem a Regia Vestra Maiestate et inclito Regno adeo non suspicor futurum, ut persuasum habeam Vestram Regiam Maiestatem meae exhibitionis et promptitudinis rationem clemen-ter habituram. Id erga Vestram Regiam Maiestatem, quam diu salvam et

incolumem conservari cupio, cuiusque responsum expecto, ut sciam quid mihi agendum sit, omni genere officiorum promereri studebo. Datae Poppen ut supra.

H.W.

- a) *in ms. aut*
- 1) *Szreńsk (Srzeńsk).*
- 2) *Felix Srzeński.*
- 3) *Płońsk.*
- 4) *Czerwińsk.*
- 5) *Wyszogród.*
- 6) *Andreas a Wilmansdorf.*
- 7) *Ioannes Lewicki.*
- 8) *Sochaczew.*
- 9) *Skierniewice.*
- 10) *Łowicz.*
- 11) *Wolborz.*
- 12) *Samuel Maciejowski.*

N. 3406.

*Spychowo (Poppen) 18.IX.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*rogat, ne oratorum suorum, ad investituram feudi accipiendam Cracoviam iter facientium, retrocessionem, se inscio et invito ab illis factam, rex inobedientiae suae imputet; causas autem eiusmodi oratorum suorum retrocessione ex prioribus litteris suis regem cognovisse non dubitat.*

*Cfr. El. XXXI, N. 478.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 869-871 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 58v-59v).*

*Regi Poloniae, XVIII Septembri.*

*Scribit sibi non esse imputandum, quod legati retrocesserint, petitque id sibi inobedientiae non ascribi.*

*Serenissime Rex etc.*

Ad decimum nonum Septembbris sub crepusculum vespertinum allatae mihi sunt S. Regiae Vestrae Maiestatis literae, quibus significat se non sine admiratione et perturbatione animi cognovisse legatorum meorum retrocessionem, annectitque haec, ut nunc sunt tempora et ingenia hominum perversa, facile sinistre interpretari et in deterius rapi posse suspiciosisque tectam et civilem recusationem debitae oboedientiae paritura. Quae licet me insciente fieri Vestra Regia Maiestas sibi facile persuadeat, tamen clementer adhuc monere, ut primo quoque tempore oratores meos iter rursus ingredi mandem, ne si meis absentibus ceteris Principibus a S. Regia Vestra Maiestate feudi investitura conferatur, aliquid inde incommodi ad me redundet. Quae res sane ita, ut debuit, non leviter animum meum perculit, cum quod Deum et conscientiam meam ingenue testari ausim, me inscio et invito quidem haec ab oratoribus meis acta, nec eius certiorem

prius factum quam tum primum, cum singuli se domum contulissent; tum quod debitam meam fidem et oboedientiam, quam parenti S. Regiae Vestrae Maiestatis felicis memoriae pientissimo eiusque posteris praestiti, hactenus erga S. Regiam Vestram Maiestatem candide ac crita omnem fucum semper observaverim, ut me eo nomine tam apud S. Regiam Vestram Maiestatem, quam quosvis alios, facile excusatum iri existimem, nedum alicuius tectae suspicionis insimulari debeam. Haecque cum crita meam culpam ita acciderint, rogatam S. Regiam Vestram Maiestatem facio, si qui forte sint, qui haec in deterius detorquere, aut inde notam aliquam mihi alienandi favoris regii inurere conentur, ne Sacra Regia Vestra Maiestas malevolas eorum obtrectationes admittat, verum me ea, qua hactenus semper consuevit, clementia prosequatur nihilque magis quam id, cuius fortasse insimulari possem, alienum a me esse sibi persuadeat.

Causas autem, cur dicti oratores mei retrocesserint, S. Regiae Vestrae Maiestati ex proximis meis literis constare non dubito. Quae licet tantae fuerint, ut dictis meis legatis praesens etiam vitae periculum ex eo, quod quidam inter eos peste interierat, a subditis S. Regiae Vestrae Maiestatis imminuerit, tamen molesto cum tulisse eam regressionem animo, mandavi, priusquam hae S. Regiae Vestrae Maiestatis literae ad me pertingent, ut visis literis meis, sub gravi indignatione mea, iter rursus ingredierentur, nedum me sciente ista facta sinistre interpretari quisquam ut possit. Itaque S. Regiam Vestram Maiestatem pro ea, ut debedo, subiectione rogatam facio, ne haec secus, quam dixi, acta existimet. Et quandoquidem diem dictum a S. Regia Vestra Maiestate in octiduum adhuc clementer dilatum cognovi, rogo, ut si contingat oratores meos die uno atque altero tardius, quam S. Regia Vestra Maiestas cupit, itineris difficultate praesto futuros, ut moram eam clementer nomine meo ferat. Ego vicissim de mea in S. Regiam Maiestatem Vestram et oboedientia et fide, quod candidum et sincerum decet vasallum Principem, nihil unquam desiderari sum passurus. Datae Poppen etc.

A.M.

N. 3407.

*Spychowo (Poppen), 19.IX.1549.*

*Albertus dux in Prussia  
Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,  
regem excursione consiliariorum suorum, ad investituram feudi accipiendam*

*Cracoviam missorum et propter pestem grassantem ex medio itinere  
regredi coactorum, contentum non esse nuntiat et rogat, ut se de hoc casu  
apud regem excusare velit.*

*(Adest conc. Germ., HBA, B, K. 1173).*

*Ostpr. Fol., vol. 81, Heiml. Reg., ff. 813-819.*

An Gabrieln Terlen seiner dt. eigen handschreyben, den 19 Septembris anno 1549.

Lieber Terla.

Wie ich itzund aus dem hirschgeschrey hereinkomme, empfahe ich konigliche briefe, doneben auch ein schreyben von euch. Daraus ich verstehe, das ihr die post bey Stanitzken ungeverlich sechs meylen von Krackaw

auf dem geiegt bekommen und das gleichwol den abend zuvor kor mt. cemer Fridrich Brunsort auch ankommen und euch mein handschreiben ueberreicht, und was ihr aus solchem verstanden, auch was ihr kor mt., meynern gendigsten hern, aus solchem bester mass vormeldet, des auch ko. mt. der zeit in gnaden zufriden gewesen. Des bedancke ich mich gegen euch in allen gnaden, und wiewol mir auf des Stanitzkis schreyben nichts geantwortet, kan ich doch ermessen, das velleicht unnotig, aber was den handel meyner entschuldigung angehet, ist gewisslich die sache anders nicht, viel weniger mein hertz, als wie die wort derselbigen gelautet. Dan wiewol ich aus voriger euch bewusten handlung kor mt. gnedigs und gewogenes gemuth gegen mir aus vielfeltigen gnedigen vertrosten wol zu spuren, darin mir leid were, das ich gegen kor mt. dergestaldt erfunden, hatt sich doch mein treu gemuthe als des dieners nictches vorwendet und beruhe noch uf meynem vorigen erpiten.

Ich verstehet auch, das mein rath und diener Wolf von Kodritz bey euch ankommen, euch besucht, und wes ehr euch angezeigt, und das ihr euch auch in solchem als der willige diener finden lassen. Des ich mich auch in gnaden bedancke.

Habe auch aus kor mt. schreyben wol vorstanden, das s.ko.mt. mit meyner rethe abschreyben nit ersetztigt, des ich mich auch wol, sobalde mir ihr schreyben ankommen, besorgt. Und sollet mir glauben, das ich mit inen ganz ubel zufriden gewest, und noch, dan sie haben nit allein ohne meynen bevelich gegen kor mt. sich entschuldigen lassen, sondern seint auch als ehe und zuvorn sie mir eyning wort zugeschrieben, auch gantz voneinander gezogen, mit alle handlung zugeschicket, gleich als were nu die sache wol ausgerichtet. Wiewol sie bevelich an ko.mt. gehapt, die ihnen pillich ein ander bedencken geben sollten, haben aber mir zu eyner entschuldigung furgewandt. Wie sie zu dem hern woywoden zu Marienburg<sup>1)</sup> gegen Schrucken<sup>2)</sup> ankommen, das in der woywode vormeldet, sie wurden nit durchgelassen und ihr beger gleichwol furderung gethan, aber in allen legern weren sie hernachmals mit solcher muhe eingelassen, das sie auch mehr vorsprechen hetten mussen, als ihnen muglich, den sie Gottes nicht geweldig. Wie sie aber zu Schwirnawitz<sup>3)</sup> ankohmen, was ihnen zum überflus begegnet, auch in kein stuben noch gemach kommen konnen, sonder draussen ihn eim stal und gehoppen behelfen mussen, und wie obstehet mit solchen beschwerlichen zusagungen, das sie mehr hetten mussen bewilligen als sie gegen Gott zu vorantworten. Sobalde ihnen auch der knecht kranck worden, das man ihnen gedrauet zu todte zu schlahren, und angesichts sich von do zuruck begeben mussen, den krancken auch mit sich hinwegk nehmen, der auch wie er kranck worden, in der dritten stunde und an der seuche vorschieden. Dardurch sie auch also verursacht, iren abzug zu nehmen und dem hern bischof<sup>4)</sup> durch Kodritz aus irem schreyben entschuldigen lassen.

Und wiewol ich bedacht, das sie aus eyнем erschrecken also geeilet, und die sache nicht genugsam bedocht, das mir auch gantz zuwider gewesen. So habe ich doch uf dem fuss und in eyle ihnen allen mit gnedigem schreiben, wes mir zu ungefallen gehandelt, vormeldet und bey vermeydung der ungnade bevolen, das sie sich angesicht des briefs wider zuruck gegen Soldau geben solden, do weiters bescheides von mir warten. Vorsihe mich auch, sie werden numehr do sein, doch zu mehrer sicherheit habe ich, alsbald mir kor mt. schreyben ankommen, widerumb eylends geschriben und bevolen vortzuzihen. Aus dem ich verhoffe, meyne unschuld genugsam ahm tage. Hab auch ihre entschuldigung kor mt. eylendes die nacht, wie

mir meyner gesanten schreyben zukommen, kor mt. geschriben und mich noch erpoten und gebetten, wo ko.mt. jhe noch haben wolte, das ich schicke, s.ko.mt. wolle die zeit erstrecken. Verhoffe, s.mt. haben numehr solch schreyben bekommen.

Bitte hirumb, ihr wollet mich gegen kor mt. in bester mass entschuldigen, dan ich verstehe wol, wie einfellig<sup>a)</sup> ich bin, aus kor mt. schreyben, das diejenigen velleicht, zu den ich mich pillich eins andern versehen solte, allerlei kor mt. furbilden mogen, daraus s.ko.mt. argwenig gegen mir zu machen verursacht. Und beschicht mir in dieser handlung gleich, wie zu neher in der andern bewusten sach, do man mir gute wort gabe, doch im grunde war es gift, und das man mir versprach, das mans mirs gonnent, do handelte man dogegen, wie ich wol erfahren, wes man bey dem cardinal practiciret, vormeint, das man leuthe ins Interim bringen wolte.

Werden aber solche practicken kor mt. nutz und ehr fordern, wirt die zeit geben. Und mochte leyden, das der schreyber oder tichter koniglichs briefs sich selbsten bey der nasen nehme und solche argewenigkeit, die er mir als eyнем einfeldigen in busen scheubt, selbst sich ervolge. Ob aber sein furnehmen mehr kor mt. zu nutz, rumb und aufnehmen, als ihm zu eigenem nutz und vorteil geschehe? Ich kan aber wol abnehmen, wie mich solche leuthe bey kor mt. und in der gnaden leyden mugen, muss es Gott bevelen, der mich nie gelassen und alle meyne verfolger zu schanden gemacht. Dem wil ich die rach uber sie geben, auch gegen meynem lieben hern dermassen als ein getreuer erzeigen, darob ich verhoffe, es solle mir gegen kor mt. und menniglich rumblich sein. Und bitt, wollet ufs beste gegen kor mt. entschuldigen und s.ko.mt. bitten, sie wolle sich gegen mir nicht vorhezen lassen, es lasse sich auch viel dingk ansehen wie es wolle. So verhofe ich, ko.mt. werde mit der zeit selbst finden, wer es treulich mit seiner mt. meyne.

Und wollet mich s.mt. ufs dienstligste bevelen. Datis Poppen, ut supra etc.

Ex chirographo B. Gansen.

a) *sic in ms., error pro: einfeltig?*

- 1) *agitur non de Achatio Czema, palatino Marienburgensi, sed de Felice Szeński, palatino Plocensi et capitaneo Marienburgensi (cfr. n. 3405).*
- 2) *Szreńsk (Szeński).*
- 3) *Skieriewice.*
- 4) *Samuel Maciejowski, ep. Cracoviensis, R.P. cancellarius.*

N. 3408.

*Spychowo (Poppen), 20.IX.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Bojanowski, secretario regio,*

*se dolenter audivisse nuntiat nonnulos Regni consiliarios [scil. qui matrimonio regis cum Barbara Radziwill adversabantur] se Comitiis subtrahere et ipsa Comitia differre conari; iniucundum sibi esse Ioannem Tarnowski de Andrea a Górką male dicere [quod scil. regnum ambire audeat]; se mirari suspicionum, quibus iniuste insimulatur; pro studio in perquirendis negotiis nepotis sui [Alberti iunioris] gratias agit etc.*

*Cfr. El. XXXVIII, N. 1195.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 871-873.*

Stanislaw Boianowski, XX Septembbris.

Agit gratias, quod de rebus Polonicis scripserit, petitque, ut porro quid actum fuerit scribat.

Nobilis et Generose, sincere nobis dilecte.

Exordio literarum Generositatis Tuae cognovimus, quid obstet, cur rarius nos literis Generositas Tua invisat. Quae res licet ingrata nobis accidat, tamen cum inter mortales ita comparatum nunc sit, levius ista Generositatem Tuam facere, quam ut de suo in nos studio quicquam intermitat, cupimus, ita etiam, ut deficientibus internuntiis, sumptibus aliquando nostris Generositas Tua ea, quae scitu digna, ad nos perscribat. De rebus Polonicis etsi nihil nobis constet, tamen nonnullos Regni consiliarios quibusdam de causis Comitiis se subtrahere dolenter audivimus, quippe quod istis conventibus facile, divina accidente gratia, res omnis in melius cedere potuisset. Si quid autem porro actum fuerit, nobis per Generositatem Tuam communicari petimus. Consultationes differendorum Comitiorum ut nobis improbantur, ita praestare his periculosis temporibus ea, quae citius eo melius celebrari putamus, cum mora et deliberatio talis plerumque soleat esse periculosa.

Ulceri, de quo scribit Generositas Tuas, miramur tale adhiberi pharmacum, cum vulnus inde non sanari, sed magis ac magis incrudescere constet. In iucundum autem nobis est talia iactari per Castellatum Cracoviensem<sup>1)</sup>, cum Dominum Castellatum Posnaniensem<sup>2)</sup> affectu fraterno in eum<sup>a</sup>) propendisse et eo adhuc animo, nisi eius generis rumoribus in diversum rapiatur, praeditum non ignoramus, ut taceamus ipsum talia vel ambire, nedum iure insimulari eius posse. Metuendum autem, ne istis dissidiis Regnum Poloniae multorum exemplo se ipsum conficiat. Quod tamen ut omen Deus obruat, precamur. Fidissimos autem istos Senatores ita radere et abradere omnia, ut vix etiam culinae regiae sufficiat, appareat, ne quod Regno Ungariae accidit, itidem et ad Regnum Poloniae aliquando redundet.

Avaritiam Palatini<sup>3)</sup>, de quo scribit Generositas Tua, poenam esse arbitramur, quam Deus iis irrogare solet, qui neglectis sanioribus consiliis ad deteriora deflectunt.

Quod Generositas Tua nos invisere cupit, si qua id ratione propter suspiciones, quas nonnulli de nobis concipiunt, illi liceret, equidem adventus Generositatis Tuae longe nobis esset gratissimus, quandoquidem de variis rebus conferendi sermones non levi tenemur desiderio. Miramur autem suspicionum, quarum citra omnem culpam insimulamur. Verum cum id genus plurimae ad arbitrium divinum nobis remittantur, speramus fore, ut opus aliquando, quod dici solet, artificem probet, haec, ut pleraque alia, in authores ipsos talium suspicionum recidant.

Gratum praeterea nobis fuit studium Generositatis Tuae in perquirendis negotiis Illustrissimi nepotis nostri<sup>4)</sup>. Cuius animum in accipienda feudi Ducatus Prussiae investitura, quemadmodum Generositas Tua scribit, mutatum iam esse ex eo, quod ab Illustritate Sua ed eam rem conficiendam mittantur nuntii, existimamus, ne subito id, quod e re sua cognoverit, neglectur putamus. Illustratatem item Suam practicis Episcoporum non inique offensam ducimus. Miramur autem sollicitum esse Episcopum Cracoviensem<sup>5)</sup> de Interim, cum ad Regnum Poloniae minime spectet. Sed in hac mundi corruptione eo iam perventum est, ut sathan in defectum virium suarum eius generis organa, ne quid intentatum relinquatur, sufficiat. Quod vero S. Regia Maiestas sorores nemini, nisi qui Interim receperit, matrimonio tradere decreverit, metuendum, ne ipsa sibi innuptas per-

petuo ea ratione sit reservatura. Sollicitatori autem isti strenuo precamur omnia fausta, remque ut bono omine conficiat, optamus. Quicquid autem actum gestumve, aut quales utrimque fuerint contractus, foedera et recessus in ea causa initi, petimus nobis, quantum fieri poterit, communicari.

De homine mago quae Generositas Tua nobis communicat, ut minime probamus, ita res negotiaque omnia eum sortitura finem arbitramur, ut est hominis istius, qui in earum tracationem adhibetur, perversum et fraude diabolica fascinatum iudicium. Cuperemus autem de his omnibus et aliis quam plurimis cum Generositate Tua sermones conferre, si qua id comoda ratione fieri posset. Itaque aut adventum Generositatis Tuae, aut certe porro quid actum quantumque scire nobis integrum fuerit, impertiri clementer expectabimus<sup>b</sup>, vicissimque de nostro in Generositatem Tuam favore nihil desiderari patiemur, petimusque nobis ignosci, quod haec propria manu non scripsierimus, siquidem id per nuntii festinationem non licuit. [Generositatem Tuam] hisce bene valere percupimus. Datae Poppen.

- a) in ms. rem
- b) in ms. expectabamus
- 1) *Ioannes Tarnowski, qui scil. affirmabat Andream a Górką regnum ambire (cfr. El. XXXVIII, N. 1195).*
- 2) *Andreas a Górką.*
- 3) *scil. pal. Poszaniensis, Janusii Latalski (v. epistolam Boianovii ad ducem, El. XXXVIII, N. 1195).*
- 4) *Albertus iunior, marchio Brandenburgensis.*
- 5) *Samuel Maciejowski.*

N. 3409.

*Spychowo (Puppen), 20.IX.1549.*

*Albertus dux in Prussia  
Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,  
rogat, ut nobilem quandam, cum rege Poloniae coram et secreto colloqui  
cupientem, regi commendet; de suo ipsius desiderio cum ipso conveniendi  
et clam ac confidenter conferendi.*

*Autogr.*

*HBA, B, K. 1173.*

Lieber Derle, getrewer diner und guter freunde.

Nachdem ir, das ich ane rumb reden mag, wissedt, das ich alle erliche vom adel gern vordere und in muglichem auch dine, wy ich den weis, das solches ewer fleis und thun auch ist, und aber nun zeiger dises ein erlicher vom adel, der unter dem loblichen alten kurfürsten<sup>1)</sup>, so itzunder in key.mt.<sup>2)</sup> gefengknus und verhaft seshaft, auch sein bruder bey seinem hern alleint pliben und gefangen worden, ein sullich erlich und wol geschickt man ist, der der kunige, fursten und hern hofen nachzeucht, diselben besichtiget und landart ervorschet, nun auch eine zeit lang bey mir gelegen und willens, k.mt., unssern g.h., auch zu besuchen, mich angelangt, ynen bey meinen vertrauten zu vordern, domit er k.mt. selbst und in geheim, das niemandes darumb wuste, sprechen mochte. Het er etwas an s.mt. zu tra-

gen, daran derselben s.mt. nit wenig gelegen, habe ich in an key. vertrautern zu vordern gewust, alleint an euch, und domit ir wisset, wer er sey, so ist er einer von Denstet, eines erlichen guten herkumens vom adel, und ist hirumb mein gnedigs begern und bitten an euch, das ir ynen euch wolt lassen befolen sein und bey k.mt. vorde[r]n, das s.mt. ynen selbst alleint horen wolle, und dis alles umb meinent willen nit besweren. Das erkenne ich hinwider in allen gnaden und wolt sunderlich gern, das wir einmol beysamen sein mochten, den ich hette mit euch noch fyl in geheim und vertrewlichen zu reden; wolt gern fyl thun, so ist dy welt itzund so geswindt, das schir trewherczigen nit muglich, sich mer in dy welt zu richten und ist des argwennens sofyl, das einer schir nit pesser thun kan, alleint das er sich gancz und gar zufrieden gebe und Got walten lasse. Befele euch hiemit dem lieben Got. So lest euch mein liebe dochter ser grussen mit wunschung fyler gnaden, glucks und heils. Datis Puppen, den 20 Septembris anno 1549.

Albrecht marggraaff und herczog etc.

- 1) *Ioannes Fridericus, elector Saxoniae.*
- 2) *Carolus V.*

N. 3410.

S.l., 23.IX.1549.

*Albertus dux in Prussia*  
*Ioanni Policki*

*privigno eius, qui veniam domum redeundi a se petivit, se eam concessisse nuntiat; notum facit dictum eius privignum, cum in negotiis suis Cracoviam proficiseretur, summam 30 talerorum ab amicis Iacobi Uchański, Regni referendarii, mutuo accepisse et eam postea, ut asserit, perdidisse; rogat igitur, ut talem summam cui debetur reddendam curet.*

(Germanice)

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 57v-58.*

N. 3411.

*Spychowo (Poppen), 24.IX.1549.*

*Albertus dux in Prussia*  
*regi Galliae [Henrico II]*

*pro Ioanne a Pelcken, civi Gedanensi, intercedit et rogat, ut auctoritatem regiam interponere velit, quo ei navis mercibus onusta, in Galliam ducta, ab Hispano quodam erepta, restituatur.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 53, f. 874.*

N. 3412.

*Spychowo (Poppen), 28.IX.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Bonae reginae Poloniae*

*pro subdito suo nobili Rogala (Rogalle) iterum intercedit rogans, ut consenserum suum concedere velit, quo domus ei propter homicidium quoddam, in districtu Pisz (Pisch) patratum, a Iacobo Bagieński, vexillifero Visnensi, arrestata, prout homicidii illius prorsus insonti, libera pronuntietur.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 876-877.

N. 3413.

*Spychowo (Poppen), 28.IX.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Bernardo Pohibel*

*litteras eius, 23.II.1549 ("ahm abent Mathie Apostoli") datas, se accepisse et ex eis cognovisse nuntiat, quomodo investitura feudi [a ducibus Pomerenia] accepta sit et homagium regi praestitum ("und hetten warlich auch gern gesehen, unsere gesanten zur stelle gewesen und die lehen empfangen hetten. Dieweil sie aber uber und wider unsren willen zuruck gezogen, hoffen wir ihe, die ko.mt. und meniglich uns billig entschuldigt haben werde"); de Tartarorum in Regno Poloniae moliminibus dolet; pro aliis novitatibus gratias agit.*

(Germanice)

Cfr. El. XLIV, N. 35.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 59v-60.

N. 3414.

*S.l., s.d. [IX.1549].*

*Albertus dux in Prussia*

*Annae Odrowąż, e ducibus Masoviae,*

*nobilem adolescentem Georgium Łapanowski, litterarum exhibitorem, ex servitu suis a parentibus domum vocatum, commendat et rogat, ut eum in numerum servitorum suorum ascribere et omni benevolentia prosequi velit.*

Conc. Lat., HBA, B, K. 1173 (in Ostpr. Fol. deest).

*Albertus dux in Prussia*

*Andreae a Górką, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,  
consiliariorum suorum, ad investituram feudi accipiendo Cracoviam missorum,  
ex medio itinere retrocessionem regem male tulisse eiusque culpam  
suae inobedientiae imputasse existimat; nuntiat, quomodo se coram rege  
de hoc casu excusaverit, et sperat consiliarios suos hoc tempore iam Cra-  
coviam ingressos esse; rogat, ut nova scribat etc.*

*Cfr. El. XXXVIII, N. 1205.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 877-880.*

Comiti de Gorckau, I Octobris.

Scribit, quid S. Regia Maiestas de regressione consiliariorum suorum  
scripserit et quid Celsitudo Sua responderit.

Magnifice ac Generose, Amice, Frater ac Compater nobis percharge.

Celare Magnificentiam Vestram nolumus, cum primum vocati essemus.  
a S. Regia Maiestate Poloniae, Domino nostro clementissimo, ad praestandum debitum omagium ratione feudi Ducatus Prussiae, nos propter pestis  
hic saevientis contagium eo oratores nostros, quoniam ipsi praesentes esse  
non poteramus, ablegasse. Qui cum medium partem itineris confecissent,  
forte fortuna in Squirnowitz<sup>1)</sup> quidam servorum<sup>a</sup> nostrorum peste correptus ibidem diem suum obiit. Consiliarii autem nostri, ne rumore de  
istius interitu sparsò formidini essent Regiae Maiestati aut consiliariis eiusdem,  
omissa ea de re ad S. Regiam Maiestatem excusatione domum  
regressi sunt. Vix tamen illis reversis, mittit ad nos literas S. Regia Maiestas,  
molesto ferens hanc consiliariorum nostrorum regressionem animo.  
Addiderat eam pro civili recusatione debitae nostrae obedientiae interpretari posse et, ut brevibus dicamus, tacite et oblique, ac si debitam praestare fidem renueremus, aut iussu nostro oratores nostri regressi essent,  
eius culpam in nos reiicere videbatur.

Quae res ita quidem, ut debuit, animum nostrum non parum affecit,  
nos citra omnem culpam eius a malevolis fortasse apud S. Regiam Maiestatem insimulari. Scripsimus ad Maiestatem Regiam ista nobis insciis,  
quod conscientiam nostram testaremur, facta, causas eius regressionis  
simul annexentes, nosque nonnisi candido et sincero in Maiestatem Suam  
propendere animo. Continuo sub gravi indignatione nostra consiliariis  
nostris mandantes, ut iter rursus ingrederentur seque ad diem designatum,  
quem S. Regia Maiestas in octiduum ad prius tempus distulerat, Cracoviae  
sisterent ibique debitam fidei subiectionisque nostrae obedientiam praestarent.  
Rursus iamque proficiscentibus illis, mittuntur iterum ad nos literae S. Regiae Maiestatis, quibus significatur copias ingentes Tartarorum  
invasisse Regnum Poloniae, itaque feudi Ducatus Prussiae investituram in  
aliud tempus reiici oportuisse, nec opus iam fore missione consiliariorum  
nostrorum.

Nos, etsi ad eas literas ex itinere revocaverimus consiliarios nostros,  
tamen priusquam ad eos pertingerent mandata nostra, existimamus eos

iam Cracoviam ingressos. Haec cum ita acta essent, ultro citroque committere non potuimus, quin Magnificentiae Vestrae seriem eorum communicaremus, ut si eius apud Magnificentiam Vestram aut quosvis alios fieret mentio, nostras eo melius tueri partes posset. Quod et hisce Magnificentiam Vestram, sicubi nos eius ab obtrectatoribus apud S. Regiam Maiestatem insimulari contigerit, rogatam facimus, nosque, quo in cardine res istae bellicae Tartarorum versentur, quas Regni partes infestent, quibus copiis, qua ratione seu expeditione illis obviam eatur, eorumque omnium eventum amice ac fraterne certiores ut faciat, petimus.

Deinde nobis gratum accidit, quod Magnificentia Vestra adeo benigne cubicularium nostrum<sup>2)</sup> audiverit eumque ad nos cum optato responso remiserit. Architectus quoque noster<sup>3)</sup>, cum nunc demum ad nos redierit, satis superque Magnificentiae Vestrae erga nos benevolentiam depredavit. Cuius opera si Magnificentia Vestra pro voto et ex sententia usa fuisset, pergratum nobis foret. Nos quoque, si Magnificentiae Vestrae porro gratificari poterimus, de fraterna et amica in Magnificentiam Vestram propensione nihil desiderari patiemur. Quam valere percupimus. Datae Poppen.

A.M.

a) vel: servitorum (*in ms. sertorum*).

1) Skieriewice.

2) Caspar a Lehendorff.

3) Andreas Hess.

N. 3416.

*Spychowo (Poppen), 1.XI.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Felici Srzeński, palatino Plocensi,*

*dolet, quod ob "perversorum hominum [Tartarorum] impetum" aliasque perturbationes, quas Regnum Poloniae sustinere cogitur, sibi et filiae sua cum regina Bona convenire non liceat; nuntiat subditos quoque suos de iniuriis, a subditis reginae ipsis illatis, conqueri.*

*Cfr. El. XXXVIII, N. 1201.*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 881-883.*

*Felici Srzinski, Palatino Plocensi, I Octobris.*

*Scribit de hostibus Regni Poloniae. Item de iniuriis, utriusque Ducatus subditis illatis, mittitque equum dono.*

Si talis rerum conditio fuisset, ut nos cum filia nostra <sup>1)</sup> charissima convenire S. Reginalem Maiestatem<sup>2)</sup> et voto eiusdem satisfacere potuissemus, fuisset profecto nobis gratissimum, cum nihil aequo cupiamus, quam S. Reginali Maiestati etiam in maioribus gratificari, idque nobis de ea pollicearum, quod de Domina clementissima debet. Quare eo magis nobis dolendum est, cum hanc occasionem nobis praereptam esse, tum quod inclitum Poloniae Regnum vastari et perversorum hominum impetum sustinere oporteat. Nullum enim bellum tam exiguum videri potest, quin infinita secum incommoda trahat. Licet itaque non nobis dubium sit, quin

Serenissimi Regis Poloniae, Domini nostri clementissimi, in primis deinde etiam ceterorum consiliariorum eximiorum prudentia hostibus occurri eorumque vires facile frangi possint, tamen pax et tranquillitas longe potior fuisset, idque etiam atque etiam pro nostra erga Maiestatem observantia et Regnum universum amore optassemus. Ut autem infectum fieri non potest, quod semel hoc casu factum est, Deus Optimus Maximus invocandus est, ut suam gratiam largiri et hostium iniurias ulcisci et reprimere dignetur. Hoc nos tanto studio optamus, ut nihil supra.

Quod ad iniurias, de quibus Vestra Magnificentia conqueritur, attinet, profecto si ea esset simplex rei ratio, gravatim ferremus, neque eiusdem petulantiae autores impune abirent. Semper enim hoc unice studuimus, ut bonae vicinitatis iura conservarentur. Hactenus autem, cum certa determinatio nondum facta sit, nobis incognitum fuit et adhuc non certo constet, quam se late fines Vestrae Magnificentiae capitaneatum extendant. Ad haec Capitanei nostri et reliqui subditi queruntur se a S. Reginalis Maiestatis subditis invadi, quemadmodum proxime de quodam Satzetski, qui cuidam nostro subdito in capitaneatu Piznensi vim intulit, ad Vestram Magnificentiam perscripsimus. Quamobrem cum utrimque querelae sint, si ut cuique iustitia administretur et iniuriarum finis aliquis sit, facile patimur et cupimus quidem, ut Vestra Magnificentia diem constituat, nobis id mature significet, ut etiam nostros eo ablegare queamus. Neque enim velit Vestra Magnificentia uni tantum parti credere, sed utramque audiri faciat. Si tum ostendi poterit in meis culpam haerere, id statuam, ut Vestra Magnificentia et S. Reginalis Maiestas, Domina nostra clementissima, perspiciat nobis bonaे vicinitatis conservationem curae esse.

Equum Vestrae Magnificentiae libenter mitteremus meliorem, sed hoc tempore, quo omnes equos nostros apud nos retinere non licuit, sed hinc atque inde dispersi manent, alium tam cito habere non potuimus. Damus itaque eum, quem a Domino Pretwitz pro bono accepimus, et precamur a Deo, ut is Vestrae Magnificentiae conveniens et fortunatus sit. Si aliis item in rebus Vestrae Magnificentiae gratificari poterimus, faciemus ex animo. Quem hac vice Vestra Magnificentia boni consulat ac bene valeat. Datae Poppen.

Commissio Principis propria.  
H.W.

1) *Anna Sophia.*

2) *Bona.*

N. 3417.

*Spychowo (Poppen), 8.X.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*rogat, ut servitoribus Alberti iunioris, marchionis Brandenburgensis, ex Prussia ad dominum suum revertentibus et metuentibus, ne propter sparsum de peste, in Ducatu Prussiae saeviente, rumorem transitus per ditiones regias ipsis denegetur, litteras passus concedere velit.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXI, N. 483.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, f. 887.*

N. 3418.

*Spychowo (Poppen), 9.X.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Wunsam, civi Cracoviensi,*

*cum pergamina, quam sibi emi et consiliariis suis Cracoviae praesentibus  
tradi petiverat, nondum ad se pervenerit, cuius tamen urgentem necessita-  
tem se habere asserit, rogat, ut saltem duodecim folia bonaे pergamenae  
sibi quam celerrime procuret.*

(Germanice)

Cfr. El. XLV, N. 75.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 63-63v.

N. 3419.

*Spychowo (Poppen), 10.X.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*regi Galliae [Henrico II] et, mutatis mutandis, regi Angliae [Eduardo VI],  
octo falcones dono mittit.*

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 883-884.

N. 3420.

*Spychowo (Poppen), 18.X.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ludovico Montio Mutinensi*

*hortatur eum, ne, quotiescumque occasio offeratur, litteras ad se dare inter-  
mittat; pro novitatibus missis gratias agit.*

Cfr. El. L, N. 538.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 888-890.

Ad Ludovicum Montium Mutinensem, XVIII Octobris.

Scribit, ne studium scribendi intermittat, sed ut quicquid actum fuerit  
communicet.

Famate, fideliter nobis dilecte.

Maluissemus te non aliquot menses scribendi officium, quemadmo-  
dum tuae literae continent, praetermississe, sed saepissime nos et copiose  
de rebus omnibus certiores reddidisse. Gratum enim nobis est eorum  
scripta frequenter conspicere, in quorum fide et diligentia spem aliquam  
ponimus. Quare hortamur te clementer, ut nec laborem scribendi, nec  
suspicionem ullam futurae molestiae deterrire te sinas, sed quotiescumque  
occasio offertur, ad nos litteras tuas perferri cures. Ex oratore nostro parum  
admodum cognovimus de rebus ibi transactis. Arbitramur autem eum illa  
omnia in redditum suum, quo coram nobis quaecumque necessaria fuerint  
significet, distulisse.

Quae Cancellarius Illustrissimi Marchionis Alberti Iunioris, filii nostri charissimi, S. Regiae Maiestati proposuit, ea omnia etiam atque etiam optamus, ut felicissime conficiantur. Et speramus Dei Optimi Maximi auxilio futurum, ut impedimenta pleraque tollantur et prope diem contagio serpens penitus cesseret. Licet enim non vel nostram vel subditorum nostrorum aut probitatem aut sanctitatem tantam esse fateamur, ut poenam divinam, qua in praesentia urgemur, non simus meriti, tamen verbo divino erexit confidimus clementiam Dei praesto nobis futuram et irae eius propter peccata nostra infinita misericordiam paternam, modo resipiscamus et veniam precemur, successuram. Nam non in Dei voluntate, sed in nostro defectu culpa haeret, neque putet quisquam ex omnibus mortalibus se ea pietate esse, ut iniuria afficiatur, si quando variae aerumnae sustinendae sint. Tu igitur nobiscum Deum precare, ut propius pater esse velit.

Quae Caesariae Maiestatis<sup>1)</sup> generalis gubernator a Venetis postulavit, si ex proprio affectu et praesumptione profecta assent, mira nobis viderentur, sed existimamus mandato Caesariae Maiestatis, pro eiusdem singulari prudentia et sollicitudine, accidisse, ut a Turcarum impetu christianos facilius conservaret et protegeret. Deus omnium bene sentientium conatum gubernet.

Quod de Illustri Comite a Tarnau<sup>2)</sup> et Tartarorum fuga scribis, id nos quidem ante facile divinassemus eventurum. Perspecti enim nobis sunt mores istius populi, eumque magis ad depraeationes, quam praesentem vim sustinendam promptum esse. Quare veremur, ne in cassum omnis conatus dicti Illustris Comitis sit, et haud inconsultum arbitramur, ut se ad suos recipiat aliamque rationem et viam ulciscendi ineat. Quibus omnibus S. Regiae Maiestatis et reliquorum praestantissimorum hominum prudenter praecclare consulet.

Quae praeterea nova scribis, pro iis tibi clementes gratias agimus et cupimus, ut de omnibus, quae acciderint quaeque posthac cognoveris, nos certiores reddas. Id nos clementissime accipiemus teque valere bene cupimus. Datae Poppen etc.

Commissione Principis propria.

H.W.

1) Carolus V.

2) Ioannes Tarnowski.

N. 3421.

Spychowo (Poppen), 27.X.1549.

*Albertus dux in Prussia  
palatino Plocensi [Felici Srzeński]*

*pro equo ei dono misso tanta gratiarum actione opus non fuisse scribit;  
notum facit propter pestem, adhuc nonnihil in Ducatu suo grassantem,  
hoc tempore commissarios suos sopiaendis utriusque Ducatus Prussiae et  
Masoviae controversiis et iniuriis designari non posse, sed cessata peste  
diem et locum tali actioni idoneum necnon commissarios deputare pro-  
mittit.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXVIII, NN. 1201, 1213.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 890-891.*

N. 3422.

*Spychowo (Poppen), 6.XI.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Wojsławski, canonico Plocensi et Varsaviensi, notario Lomzensi,  
designat diem et locum conventui commissariorum ad iniurias utriusque  
Ducatus subditorum cognoscendas, scilicet 24 Novembris in villa Rogale  
districtus Iohannisburgensis (alias Pissiensis) commissariis suis, com-  
missarios vero Ducatus Masoviae proximum huic villae pagum Zacieczki  
sibi delecturos sperat; rogat, ut hunc diem et locum vicecapitaneo  
Visnensi et aliis mandatariis signifiet.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVIII, N. 1212.

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 890-891.

N. 3423.

*Spychowo (Poppen), 18.XI.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Secluciano*

*edocet eum, quid ei faciendum sit, ut fide, quam pro adolescente quodam  
Polono, nunc iam demortuo, apud credidores eius interposuerat, liberetur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 892-893.

N. 3424.

*Spychowo (Poppen), 19.XI.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ulrico Hosio, teloneatori Caunensi,  
pro Thoma Ranisch, subdito suo, intercedit et rogat, ut ei ligna et cineres arre-  
statos liberare velit.*

(Latine)

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).

Ostpr. Fol., vol. 53, f. 903.

N. 3425.

*Spychowo (Poppen), 22.XI.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae  
de subditis regiis Masovitis, subditis suis multas iniurias inferentibus, queri-  
tur et rogat, ut rex palatino Plocensi et vicecapitaneis Ducatui suo convi-  
cinis severius mandet, ut subditos suos ab eiusmodi gestis coerceant.*

Cfr. El. XXXI, N. 485.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 893-895.

Regi Poloniae, XXII Novembris.

Petit, ut autoritatem regiam interponat, ne Mazovitae tot iniuriis subditos Ducatus Prussiae afficiant.

Serenissime Rex *etc.*

Quandoquidem S. Regia Vestra Maiestas anno superiore, crebris Ducatus Mazoviae et Prussiae subditorum inter se iniuriis crescentibus, clementer mandare dignata est, quoniam tum temporis per rationes arduas cognitio istorum finium fieri non posset, ut tantisper utraeque partes quiescerent, neutra sibi quicquam iuris aut usufructus in fundos illos, de quibus esset controversia, praesumeret, donec utrimque per commissarios limites certi ponerentur, haec cum ego meis serio quoque iniunxerim, nec passus sim contrarium committi, speravi fore, ut itidem a S. Regiae Vestrae Maiestatis subditis confieret. Verum nihil in hoc mandata S. Regiae Vestrae Maiestatis profecisse video, praeterquam enim quod interea temporis variis subditos meos molestias affici contigit, ausi sunt S. Regiae Vestrae Maiestatis subditi arbores incidere, agros novos fodere, sementa facere, meos possessionibus turbare, denique immediate in fundum Ducatus mei non ita pridem scopolos novos, veteribus solo aequatis, citra meam ac subditorum meorum praescientiam ponere. Quorum cum ego aliquoties tam Magnificum Dominum Palatinum Plocensem<sup>1)</sup>, quam convicinos eius loci Capitaneos, clementer, ne talia neglecta S. Regiae Vestrae Maiestatis mandati autoritate fieri paterentur, admonuissem, eo tandem perventum, ut dictus Dominus Palatinus Plocensis volens experiri, utra pars delinqueret, liberum mihi fecerit diem cognitioni harum controversiarum indicere, se enim Vicecapitaneis suis, ut se ad meos commissarios die dicto conferrent et, quicquid esset controversiarum, salva tamen S. Regiae Vestrae Maiestatis autoritate et iure, determinarent, mandaturum. Dicto autem die respondet a Vicecapitaneo Lomzensi, sibi ac Capitaneo Visensi per ardua S. Reginalis Maiestatis<sup>2)</sup>, Dominae meae clementissimae, negotia integrum non esse isto die praesto esse, sed in aliud tempus differendum.

Hinc sane cum colligere aliud nequeam, quam istam dilationem eo respicere, ut de die in diem novis crescentibus iniuriis, subditis meis illatis, magis ac magis Ducatui meo incommodetur et vetera in tacitam serpentem oblivionem, committere non potui, quin destructis istis in fundum Ducatus mei positis limitibus seu scopolis, talia S. Regiae Vestrae Maiestati significarem, etiam atque etiam rogatam eam faciens, ne quid iuri possessio-num mearum per subditos Ducatus Mazoviae detrahi patiatur, siquidem quae hactenus dissimulando tuli, porro lenitatis meae abusum<sup>a)</sup> aegrius ferre incipiam, praesertim cum sciam nolle S. Regiam Vestram Maiestatem quicquam feudo meo ducali decadere. Itaque dignetur S. Regia Vestra Maiestas tam Magnifico Domino Palatino Plocensi, quam Vicecapitaneis huius Ducatus convicinis, ut quod hactenus, neglecto S. Regiae Vestrae Maiestatis mandato, perpetrare subditos passi sunt, id porro interdicant, severius mandare. Ne, si secus factum fuerit, occasio inde maioris alicuius incommodi detur. Spero autem S. Regiam Vestram Maiestatem ista clementer cautaram. Qua in re non tam mihi fecerit gratissimum, quam aequitati consonum. Datae Poppen.

Commissio Principis propria.  
Andreas Muntzer.

a) *in ms. abusu*

1) *Felix Srzeński.*

2) *Bona.*

*Spychowo (Poppen), 22.XI.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Wojsławski, canonico Plocensi et Varsaviensi, notario Lomzensi, et,  
mutatis mutandis, palatino Plocensi [Felici Srzeński]  
se moleste ferre nuntiat, quod ex parte eorum conventui, componendis utriusque  
partis controversiis indicto, non sit satisfactum; rogat, ut ad finalem  
usque finium determinationem subditos regios, in confiniis degentes, in  
officio contineant.*

*Cfr. El. XXXVIII, NN. 1211, 1212.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 897-899.*

*Canonico Lomzensi, XXII Novembbris.*

*Mutatis mutandis Palatino Plocensi.*

*Scribit moleste se ferre, quod die controversiis utriusque Ducatus subditorum dicto non satisfactum sit, petitque regios subditos in officio contineri.*

Venerande, sincere nobis dilecente.

Quae fuerit causa, quod diem 24 Novembbris cognitioni controversiarum inter Mazoviae et nostrum hunc Prussiae Ducatum existentium indixerimus, latere Venerandam Dominationem Vestram non putamus. Etsi autem persuasum habuerimus fore, cum ipse Magnificus Dominus Palatinus Plocensis nos ad indictionem ultro invitaverit addideritque, licet absens esset, tamen tam V. Dominationi Vestrae, quam Vicecapitaneo Visnensi mandata reliquisse, ut Dominationes Vestrae se voluntati nostrae accommodarent ac quicquid esset controversiarum sopiretur, moleste sane ferimus ista non procedere, praecipue cum Dominationi Vestrae obscurum non sit, quam indies iniuriae ac subditorum querelae excrescant, ut et illud non minus nos moveat, quandoquidem S. Regia Maiestas Poloniae, Dominus noster clementissimus, mandarit, ne quid iuris aut usufructus sibi quisquam in istis fundis, de quibus esset controversia, praesumeret, sed utraque pars tantisper quiesceret, donec certa limitum fieret determinatio.

Haec cum a nostris, quantum nobis constat, observata existimemus, compertum habemus contrarium, neglecto S. Regiae Maiestatis mandato, ab incolis Ducatus Mazoviae fieri, ac non tantum arbores in istis locis, quorum interdictus est usus, incidere, agros novos fodere, sementa facere, verum et nostros possessionibus turbare et ita non pridem immediate in fundum Ducatus nostri scopulos seu limites novos, veteribus excisis, nobis insciis ex sententia posuisse ausos. Quam rem, cum ita, ut debemus, graviter ac moleste feramus, clementer a Dominatione Vestra contendimus, ut dictos novos scopulos spatio quattuor dierum destrui curet. Id si minus factum fuerit, nostris destruendos mandavimus. Ac cum talia posthabita S. Regiae Maiestatis mandati autoritate fieri intelligamus, clementer cupimus, ut, quantum fieri possit, suis, quibus Dominatio Vestra istic locorum praeest, iniungat, ut finem tandem crebris istis iniuriarum querelis ponant. Quae enim hactenus quadam benevolentia et humanitate magis, quam debito iure, dissimulavimus, posthac aegrius ferre incipiemos. Neque enim iuri dominii et feudi ducalis nostri detrahi quicquam nobis ea ratione sine-

mus. Quod Dominationi Vestrae rescribendum duximus, dictaque gravamina ut mutet, clementer contendimus. Datum Poppen, ut supra.

A.M.

N. 3427.

*Spychowo (Poppen), 26.XI.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,*

*pro diligentia, in salvo conductu sibi a rege impetrando adhibita, gratias agit  
et miratur, cur rex sine consiliariorum consensu eiusmondi salvum con-  
ductum concedere non possit; rogat, ut iterum instet, ne salvus conductus  
sibi denegetur; de consilio suo in rebus ecclesiasticis a rege non accepto  
dolet etc.*

*Autogr.*

*Cfr. El. XLIII, NN. 85, 86.*

*(Adest etiam exemplar, Ostpr. Fol., vol. 81, Heiml. Reg., ff. 878-883).*

*HBA, B, K. 1173. (aliud exemplar ibidem).*

Lieber Derla.

Aus ewerm schreiben bey Kodericzen habe ich verstanden ewern ange-wantten fleis des lobendigen und schriftlichen kuniglichen gleites. Des thu ich mich kegen ewer person in allen gnaden zumb hogsten bedancken. Das sicks aber k.mt. gleich verwundert, als das ich vor der zeit auch bey hoch-loblicher seliger gedechnus voriger, auch itziger k.mt., in fremde nation und andre orter der hendel und gewerben noch an irkein gleitesvorderung und beferlich begeben etc., verwundert mich nit wenig k.mt., m.g.h., verendert kuniglich und blutverwant freuntlich gemute kegen mir, als das s.k.mt. vermeinen, ich hab leichtlich abzunemen, das ire k.mt. durch mehr bedencken solches an der reichsrete mitwissen einzugehen noch bewilligen kunnen. Do ich doch mich zu erindern weis, das lobliche k.mt., do ich mein neherre lobliche gemahel<sup>1)</sup> name und mir dy herreiner gefuret, warde von mir gleicher weis auch gesuchet und von seiner k.mt. auch erlanget, und nicht alleint erlanget, sunder do dyienigen wider zuruckzugen, dy mir mein liebste gemahel in Got seliglich ruhendt prachten, mit sundern gna-den zu Danczig geehert.

Solt mir aber das von k.mt. gewegert werden und diser argwon einfallen, als das ire mt. mehr bedenken haben muste, were ie augenscheinlich zu greifen, das mich ire mt. in dem verdacht unferdinst haben, als ab ich wider s.k.mt., wy ich den bey s.k.mt. mit ungesparter warheit felschlich verlogen und angeben glauben thette. Do doch ir wisset, was ir mir wider-umb zur antwort von s.k.mt. zugeschrieben, muste derhalben und wurde verursacht, mir solches nit wenig zu gemute zu zihen und das thun, so meien ehren zimlich.

So ich aber zu solchem getrungen sollte werden und dermassen anhal-ten, das dyienigen, so mich felschlich wider s.mt. belogen, solches auf mich pringen musten, do ich itzunder k.mt. zu ehren der Kronen hendel, wy si itzunder stehen, zum besten mich trucke und leide. Wil ich dy verstendigen erwegen lassen, ab es den frid aber widerwillen mere, und wolt ie nit gern

der erfunden sein, der ich mehr das meine als der Kronen ruhe und frid suchen solte. Wurde ich aber getrungen, so mus man mit mihr auch fur gut nemen.

So ist mir das noch eben so wunderlich, das man solte den loblichen fursten und furstinnen gleit versagen, do man mirs zuvorn, do ich im orden herreiner zog und solchs wider k.mt., war gleichwol gleitet. Itzunder, so ich von anderer wegen suchen thet und ein glide der Kron bin, bedenken suche und unnotig haben wil. Auch suche ich es nit fur mich, bedarf es auch nicht, sunder ich suche fur meine hern und freunt, dy auch k.mt., wy mein vorich schreiben meldet, mit plut verwant sein. Kan auch kein noittel zuschicken, weil ich selbst noch nit weis, wyfyl irer kumen werden und wy ire nomen aller heissen; ewen so wenig, welche stros sy noch kumen werden, sunder warte des alles von meinem gesanten bescheid.

Hirumb bitte ich noch wy vor, ir wolt bey k.mt. anhalten, das das gleit nicht versaget, sunder schriftlich und lebendigs <sup>a)ich</sup> vertrostet werdeb). So wil ich, als bald ich erfare welche kumen, euch weiter melden und zweifel nicht, sunder troste mich filem kuniglichen rat nach, das ich mich wider verehelichen sol, es werde mir k.mt. solches nicht wegern und dy schriften und befelich also zu stellen wissen, das mein hern und freunde sehen, das ich einen gnedigen hern habe etc.

Bedancke mich auch kegen k.mt., das si disen handel in geheim noch bey sich pleiben wil lassen, das ich auch dinstlichen bitte, und sol ire k.mt. nicht zweifeln, das disen handel von mir nich[t] dohin gesehen, das er mir zu unehren, sunder weyl er gotlich und mit fursten genossen, auch denen, so s.k.mt. mit plut verwant, aus gotlichem verleihen zu allen ehren sey und gereichen werde.

Das ir auch befindet auf den beygelegten andern hantschreiben, so ir k.mt. als fyl von noten furgetragen, so files betrachdet und zu herczen genumen, wurde filen hendeln und sachen anderst geraten, ist niemandes als mihr am leidesten, das gut rat und bedenken nicht mehr erwogen aber gevoglet, und ist niemandes schedlicher als meinem lieben hern und der loblichen Kron, und betrubet mich auch zumb hogsten, den lieben Got herczlich und kintlich bittendt, er wolle seinen pilligen zoren gnediglich von uns allen, herren und knechten, wenden, zu rechter erkantnus bringen, uns gnad verleihen, das wir unsser leben pessern, Gottes ehre und heiligung seines herlichen nomens mehr suchen, den noch bishero beschehen, und sein gotliches wort mehr lieben und annemen, dem kuniglichen ambt nach Gottes ehre vorde[r]n also, das nit den phaffen dy kirche alleint vertrawen, sunder dem kuniglichen ambt und phlichten nach Gottes ehre gesuchet, bose misprech und abgottereye abgethon. So wurdet Got mit uns allen auch sein und wonen und alles widerumb zu gnaden wenden. Wo nit, erbarm sich Got unssern. Amen.

Das auch k.mt. das anreden des von Bosens<sup>2)</sup> halber mit sveigen uebergangen, ist wol ein sprichwort: wer sveigen kan, sey weis. Dobey ichs auch ruhen lass. Weis aber nicht, was mich andet. Ir wisset aber, was ich in vorigen hendeln unferhoffet weisgesaget. Got gebe, das ich nurn hie luge. Ich besorge mich aber, wurt man etzlich ratschlege nit endern werde, das k.mt. und Kron vor augen stehen wy Ungern. Der liebe Got behute es aber gnediglich, do bitte ich herczlich umb.

Das dy beden hern ankumen sollen, bitte ich den lieben Got, das es gluckselig k.mt. und der Kron zum besten und aufwachs gedeye. Desgleichen so ein reichstag, den ich nit weis, wy er dy lenge wurt zu wegern sein, wo nit ein ergers volgen solle, angeseczt wurdet, und verleihe uns ia der

liebe Got gnedigen friden.

Ir begeret von myhr zeitung aus teusch landen, wywol ich deglichs der warte; schicke ich doch, was ich diser zeit habe. Bitte, was ir habet, wollet mihr auch mitdeylen, sunderlich von k.mt. gesanten, dem hern von Colmansche<sup>3)</sup>.

Befele euch hiemit gotlicher gnaden. Datis Boppem, den 26 Novembris 1549.

*In dorso:* Hern Gabriel Derle etc., meinem guten freunde und lieben diner, zu eigner hant etc. 49.

2) *Andreas a Górká, cast. Posnaniensis.*

a)-b) *pro expuncto: erlanget werde suprascriptum.*

3) *Stanislaus Hosius, ep. Culmensis (Colmansche – Chetmza).*

1) *Dorothea* († 1547).

N. 3428.

S.l., 26.XI.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,*

*rogat, ut a rege impetrare conetur, quo Iudaeus quidam ad marsalcum suum, Fridericum ab Oelsnitz, se conferre et Volkio a Kreitzen, capitaneo Osterodensti, satisfacere possit; 4 coquos bonos et 6 equos cursores sibi procurari et mitti petit.*

*Cfr. El. XLIII, NN. 86, 87.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 67-68.*

Ahn Gabrielem Terla, den 26 Novembris 49.

Wir zweiffeln nicht, ir werdeth hiebevor von unserm rhate und lieben getreuen Asuero Brand bericht sein, wess verlauffener zeith der erbar unser heubthman zu Osterode, rath und lieber getreuer Wolff von Kreitzen, fur einen verlust gethan, und wess sich der Jude in demselben handell, auch das ehr darinne, whan ehr zur stellen were, woll rhaten konte, horen lassen. Dweil dan der verlust nicht klein, und wir ihe gern, soviel ahn uns, wolten, gedachter Wolff Kreitz des seynen, und damith andere und unschuldige dess verdachts enthnomen, habhaft werden konte, so ist ahn euch unser gnedigs begeren, ir wolleth, soviel als euch immer moglich und thuelich, bey ko.mt. den Juden und allenthalben, do es euch von noten und geraten sein deucht, mith allem vleis befurdern helfen, damith sich der selbe Jude ins allererste zu uns, wo ihe nicht gar ahn uns, doch biss gein Gilgenburgk zu unserm obermarschalch, Fridrichen von der Olsnitz, begebe und aldo berurthem Wolff Kreitzen zum besten ferners bescheids gewarte; des solle ime solche seine muhe unvergolten nicht bleiben.

Zudem gelangt ahn euch unser gantz gnediges begeren, ir wolleth allen vleis vorwenden, damith ir uns ins erste 4 guete koche, die etwas tuglich, die wir auch fur unsern munth und zun ehren zu gebrauchen, auf eine weile zeith zu leihen, zuwege bringen und uns zuschicken moget. Geschege uns darahn umb soviel mher zu gefallen, und wir wolten uns mith der unterhaltung der gebur nach, und wie ir sie bestelleth, gegen inen erzeigen.

Ferner begeren wir gnedigst, ir wolleth allen moglichen vleis ankeren, ob ihr uns 6 rengeule, die zum scharffrennen tuglich, umb unser gelth zuwegen bringen mogeth, also das ihe zwen zusamen in einer grose sein. Do ir auch alle sechs in einer hohe und grose bekomen kondeth, wer uns umb soviel lieber, und hath uns solche, sobalh ir die erlangth, zuzuschicken und daneben, wes sie gestehen, zuzuschreiben. Wollen wir euch die bezalung darfur zu thuen verschaffen. Euch in deme uns zu sonderm gefallen etc.

H. Stendrich.

N. 3429.

S.l., 27.XI.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Hieronymo Krugel, civi Cracoviensi,  
rogat, ut de debitis, a defuncto Iosto Schilling heredibus suis relictis, facta  
accurata investigatione, se certiorem reddat.*

(Germanice)

Cfr. El. XLV, N. 78.

Ostpr. Fol., vol. 45, f. 68v.

N. 3430.

*Spychowo (Poppen), 28.XI.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Łaski*

*de "tragica Ecclesiae [in Frisia] mutatione" et adversa eius valetudine dolet;  
turbas in Anglia excitatas auxilio divino sperat sedatum iri; non speranda  
inter Anglos et Gallos pace se valde turbatum esse fatetur; comitibus a  
Mansfelt, quod illis promiserit, se daturum esse asserit.*

Cfr. El. XXXVIII, NN. 1207, 1208.

(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).

Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 899-902.

Iohanni de Lasco, XXVIII Novembris.

Scribit se dolere, quod adversa laboret valetudine et quod Angli pacis conditions nolint accipere. Item quid apud Regem Poloniae agendum putet, denique quid illi agendum cum Comitibus a Mansfelt.

Reverende ac Generose, sincere nobis dilecte.

Accepimus literas Reverenda Generositatis Vestrae, quibus tam sui ex Frisia discessus, quam mutatae ibidem religionis seriem statumque, commemorat. Ac primo sane dolenter cognovimus non minus tragicam Ecclesiae mutationem, quam Reverenda Generositatis Vestrae affectam corporis valetudinem. Quam ut divinitus restitutam iri speramus, sic aequa persuasum nobis habemus, Deum per Reverendam Generositatem Vestram,

tanquam fidum verborum suorum ministrum, excellentius adhuc quiddam fortasse apud alios operaturum. Quod sane non obscure tam honorifica ovium suarum, quibus praefuit, dolentium et lacrimantium missione testatum voluit. Ac cum in ea ipsa rei gestae narratione nobis transmissa nihil elucescat aliud, quam deploranda humanae sapientiae infirmitas, temere de rebus divinis sentientis, ita orandus est Deus, ut Ecclesiam suam misere fluctuantem hisce periculosis tempestatibus, tamquam Petri naviculam conservet, a falsis opinionibus tueaturque. Quam sane, coetu sibi aliquo in loco collecto, tandem defensuram certo statuimus precibusque nostris assidue contendimus.

Quae de impetrando a Serenissimo Poloniae Rege, Domino nostro clementissimo, testimonio Reverenda Generositas Vestra scribit, seque ea de re tam ad S. Regiam Suam Maiestatem, quam Serenissimam Reginam Bonam scripsisse annectit, in eo quidem libenter Reverendae Generositati Vestrae gratificaremus, sed istae literae cum ad nos perlatae non sint, non videmus, qua ratione citra earum adminiculum petere id commode a S. Regia Maiestate possimus. Scripsimus autem de his Hermanno a Bomlen. Quas ubi acceperimus, nihil equidem de nostra in Reverendam Generositatem Vestram benevolentia desiderari sinemus.

Tumultus in Anglia excitatos perturbato sane accepimus animo, prae-assertim quod insidias dyaboli Ecclesiae structas piis non deesse intellexerimus, qui ut aegre detrahi sibi quicquam de suo patitur, ita diligenter agit excubias, si quem Ecclesiae scrupulum iniicere possit. Persuasum autem nobis habemus agnita Anglos veritate divinum imploraturos auxilium, ut seditiosa sathanae consilia et conatus perniciosi frangantur, quemadmodum iam divinitus profligato rusticorum exercitu seditionibusque ibidem sedatis ita accidisse ex posterioribus Reverendae Generositatis Vestrae literis cognovimus. Ac porro etiam Ecclesiae membra ab insidiis diaboli salva fore, nec honori suo Deum quicquam detrahi passurum confidimus.

Quae Generositas Vestras de non speranda inter Anglos et Gallos pace per Reverendum Episcopum Cantuariensem<sup>1)</sup> scripta nobis communicat, ea sane cognitu nobis difficillima fuere, praecipue si ita esset, ut penes Anglos, quominus ad foedera pacis eatur, staret. Si enim pacis quascumque etiam conditiones recipere, ubi possent, neglexerint, veremur, cum christianorum nomen profiteantur, ne hoc de illis sinistre rapiatur, cum eos, qui Christo sunt initiati, persecutionibus et cruci subiectos esse oporteat, idque non tam nomine, quam re ipsa, tranquillitatis scilicet amore et patientia, testari teneantur. Itaque cum eos puram Evangelii et ministerii divini fovere doctrinam intellexerimus, speramus fore eos suae professionis memores, rebus ita omnibus consulturos, ne qua ratione reiici in eos culpa possit. Quamquam satis iuste sint causae ultro citroque, quemadmodum Reverenda Generositas Vestra meminit, agitatae, nec adhuc cessent consilia ad irritanda ista duo Regna maxime prona, ut non parum referat Anglos pacis conditiones recusare.

Excusationem Comitum a Mansfelt licet non impugnemus, tamen non putassemus rem aliter, quam mentis nostrae erat sententia, acceptam aut praeter opinionem ita divulgatam iri. Itaque ne malum aliquod ipsi nobis accersamus, iustis rationibus adducti eo rectius et bene rebus nostris consulamus oportet. Quidquid enim a nobis promissum, id non profusionis, sed opitulandi animo profectum. Nec profici ea ratione quicquam putamus, siquidem haec tamquam exigua longe instituto tali non sufficient. Sin vero res omnis ita, ut sub discessum cum Reverenda Generositate Vestra sermones contulimus, cepta fuisset, non grave nobis foret id quoque, quod

christianum Principem decet et ad honorem ac propagationem nominis divini facere videbitur, praestare. Id cum factum non sit, excusatos nos Reverenda Generositas Vestra habeat oportet. Extra hanc enim conditio nem aliterque a nobis quicquam petitum flagitatumque aut promissum esse non meminimus. Haec autem omnia cum Reverendae Generositati Vestrae ita facta esse constant ac expressis verbis haec ad Reverendam Generositatem Vestram locuti simus, rogatam eam facimus, ut monendo, sollicitando persuadendoque instet, ne quid ad destructionem aut perditio nem tentetur, sed eo tendant omnia, ut amplificandae gloriae divinae consulatur, ne res, per se iam satis afflita, in deterius vergat. Quod Reverendam Generositatem Vestram, cui haec rescribenda duximus quamque protectioni Altissimi committimus, facturam ita, ut cupimus, persuasum nobis habemus. Datae Poppen.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii.  
A.M.

1) *Thomas Cranmer.*

N. 3431.

*Spychowo (Poppen), 28.XI.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Wunsam, civi Cracoviensi,  
rogat, ut homini cuidam, ei noto, nomine suo iniungat, ut opportuno tempore  
in Regium Montem se conferat et coram Caspare a Nostitz se sistat.*

*(Schedula: de 3 pueris summa voce ("discant") praeditis et ad cantum  
idoneis, sibi procurandis; de litteris Stanislao Bojanowski transmitten-  
dis).*

*Cfr. El. XLV, N. 77.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 69-69v.*

Ahn Hans Wunsam, den 28 Novembbris 49.

Erbar, lieber, besonder.

Uff die vortrauliche underredung, so unser radt und lieber getrewer Wolff von Kodritz kurtzverrückter zeit mith euch gehabt, und uns derselben undertheniglichen berichtet, ist an euch unser gnediges begeren, ihr wolleth der person, davon ihr wissenschaft tragt, von unsern twegen in geheime anzeigen, das ehr sich zu forderlicher gelegenheit gegen Konigspergk verfugen (darzu ir ime von unsern twegen notturftige zerung, die wir euch widder erstadten wollen, zu geben) und bei unserm stathalter, Caspar von Nostitz, angeben solle, der ime dann uf unseren bevehlich geburliche und notturftige versehung und underhaltung zu vorordenen und anzuseigen wissen wirth, welchs wir euch, dem wir mith gnaden geneigt, vormelden wollen. Datum uf unserm jagthause Poppen etc., ut supra.

Cedula

Daneben begeren wir gnedigst, ir wolleth vleis haben, ob ir uns ein 3 junge knaben, die zum discant gleich und wol gestimmeth, auch zimblich im singen gewiss, die auch lust herein ins landt hetten und studiren wol-

then, zuweg bringen konthet, die wolthen wir in unserer canthorei gebrauchen, inen kleidung und des, wes wir andern discantisten geben, auch geben und reichen lassen.

Es ist auch unser gnediges begeren, do Stanislaus Boianavski noch nicht zu Crackow ankhomen, oder zu vermuthen, das ehr in kurtz nicht komen wurde, ihr wollet uns zu gefallen beiliegendes brieflein bei gewissem bothen bis gehn Posen, oder do ehr anzutreffen, ins furderlichst zusenden; do ehr aber zu Crackow where, wollet ime sollichs in seine eigne handt andtworthen. Datum ut in literis.

Heinrich Stendtrich.

N. 3432.

[*Spychowo (Poppen)*], 30.XI.1549.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Policki*

*de quadam pecuniae summa, privigno eius olim concredita, Ioanni Secluciano, praedicatori Polono Regiomontano, mittenda, ut eam defuncti pueri cuiusdam creditoribus reddere possit; de eodem privigno eius severius puniendo, ut se in posterum melius gerere studeat.*

*Cfr. El. XXXVIII, N. 1210.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 70-71.*

An Hansen Politzki, den letzten Novembris.

Wir haben dein schreiben bei deinem stifsohn empfangen und seins inhalts verstanden. Soviel nun das geldt, des du von wegen deines stifsohns legen und uns bei eignem diener zusenden wilst, betrift, haben wir vor unsre person mith dem gelde nichts zu thun. Das wir aber derhalben an dich geschrieben, ist darumb geschehen, dieweil ko.mt. zu Polen reverendarius<sup>1)</sup>, wie du dann aus der copei seines schreibens, die wir dir zugeschickt, gesehen, derhalben an uns geschrieben und gebethen, wir befürdern helfen wolthen, damit das gelt zu Konigsberg dem polnischen prediger, Johanni Seclutiano, der dann von des verstorbenen knaben wegen das gelt den schuldenern zu entrichten, zubestellet werden mochte. Dieweil es nun damit also gelegen, wollest genandtem Seclutiano das geldt zuschicken, dann du zu erachten, dieweil das geldt von dir nicht gelegt wirdth, das gleichwol immer durch genandten Seclutianum und die schuldener bei dem reverendario umb bezalung angehalten, dardurch dan dieselben und des verstorbenen freundtschaft gegen deinem stifsohne je mehr und mehr zu zorn und anhalten bewegt. Dan je deinem stifsohn nicht gbureth des, wes ime zu trewen handen gethan, zu verwarlosen und nicht zur stellen zu bringen.

Derwegen du deinen sohn billich wol strafen und warnen magst, das ehr sich hinfuro besser vorsehe und hutte. Fur unser person aber sol ehr an uns, und sofern ehr nicht selbst zu ungnaden ursach gibt oder sich verfuren lest, einen gnedigen hern haben. Wir vormercken aber, das genandter dein stifsohn und andere durch den polnischen Francken, den wir ein weil zeit bei uns gehabt, nicht ein wenig in allerlei finantzerei mit spielen und anderm verfurth. Derhalben du ihn dan auch wol zu strafen und dazu zu halten, damith ehr sollichs nachlasse.

*De bobus, quibus se nunc non indigere nuntiat, et de equis sibi mittendis  
(omittitur).*

Die zeutungen seindt uns nicht lieb, wolthen lieber, ein landtag in der Chron gehalten wurde. Wann das geschege, hoffen wir, viel nutzlich darauf geschehen mochte. Mit gnedigem begeren, du wollest uns jederzeit, was du erferst, soviel zimblich, zuschreiben. Welchs wir dir etc.

Heinrich Stendtrich.

1) *Iacobus Uchański.*

N. 3433.

*Spychowo (Poppen), 12.XII.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Bonae reginae Poloniae*

*canes venaticos et retia mittit, una cum servitore suo Georgio a Diebes, capitaneo Rinensi et primario venatore, ut in venatione reginae inserviat.*

*(Latine)*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, f. 906.*

N. 3434.

*Spychowo (Poppen), 13.XII.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*palatino Plocensi [Felici Srzeński]*

*de iniuriis, subditis suis a subditis regii Masoviensibus illatis, queritur; rogat, ut eos ab eiusmodi gestis coercent et apud regem instet, quo diem cognoscendis limitibus constituant et commissarios designet.*

*(Adest conc. Lat., HBA, B, K. 1173).*

*Ostpr. Fol., vol. 53, ff. 904-905.*

Palatino Plocensi, XIII Decembbris.

Scribit de iniuriis, per Zazetzki et Rocowski subditis Prussiae illatis; petit talia caveri et ut instet apud S. Regiam Maiestatem de constituendo tempore et deputandis commissariis ad fines regundos.

Magnifice ac Generose, Amice singulariter dilecte.

Gratum nobis fuit, quod Magnificentia Vestra scopulos novos, in fundum Ducatus nostri positos, destrui mandaverit. Quod autem commodius de toto negotio agi potuisse scribit, si quo in loco et per quos peccatum esset expressissimum, supervacaneum id quidem arbitrii sumus, quandoquidem Magnificentiae Vestrae, qua ex parte hactenus motae plerumque sint iniuriae, obscurum non esse sciebamus. Nec latere Magnificentiam Vestram volumus, consiliarios nostros non ita pridem, inspectis iussu nostro finibus ad villam Ducatus nostri Rogalla, nobis retulisse, esse quidem aliquam partem scopulorum ibi destructam, restare autem adhuc hinc inde plures; denique non levia subditis nostris per nobiles Sazetzki et Rekowski inferri gravamina ita, ut neglecto S. Regiae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, mandato, dictis Satzeczki maximam silvae cuiusdam

partem, cuius usus, donec finium facta esset cognitio, interdictus est, incidere ac agros inde parare sementaque facere ausus sit, atque adhuc, quod reliquum est silvae, eradicare et possessioni suae adiicere decrevisse, erep-tis ad haec immediate subditis nostris aliquot agrorum mansis, longo usu et quiete [ab] illis usurpati, quos et hoc anno seminare non intermisit, ut quotidianos incursus et molestias taceamus.

Quae cum ita sane, ut debemus, graviter feramus ac meminisse Magnificentiam Vestram non dubitemus, quicquid propter limitum incertitudinem videretur controversiae occasionem praebere, id omne S. Regiae Maiestatis et nostra inhibitione extra usum utriusque Ducatus subditorum, donec tam per S. Regiae Maiestatis quam nostros commissarios de his haberetur cognitio, positum esse, gratiose ac amice a Magnificentia Vestra cupimus, ut violentas, quas diximus, quorundam praesumptiones, non tam immediate limitibus in Ducatum nostrum transgressis, quam neglecto mandato regio factas, autoritate sua caveat interdicatque, agros subditis nostris eruptos restitui, quodque adhuc istic locorum reliquum est scopulorum novorum, solo aequari mandet. Quam grave enim fuerit nobis talia porro ferre, ipsa Magnificentia Vestra facile considerat. Et licet nobis non desint rationes, quibus tueri nostros tenemur, tamen cum huic malo nullum praesentius esse remedium arbitremur, quam ut primo quoque tempore inspiciendis determinandisque finibus designentur commissarii, rogatam Magnificentiam Vestram facimus, ut eo nomine apud S. Regiam Maiestatem instet, quo non tam utriusque Ducatus dominos, quam ipsos quoque subditos crebris liberaverit ac exemerit molestiis. Nos vicissim, prae-terquam quod aequi rationes id postulent, tale Magnificentiae Vestrae stu-dium demererit conabimur. Cupimusque his Magnificentiam Vestram felicissime valere. Datae Poppen.

A.M.

N. 3435.

*Spychowo (Poppen), 19.XII.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Bojanowski, secretario regio,  
oblata tabellarii occasione, praetermittere se non potuisse nuntiat, quin eum  
per litteras inviseret, praesertim cum sciret eum adhuc Posnaniae morari;  
mittit aliquot novitates, ex Germania allatas.*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 71-71v.*

N. 3436.

*Spychowo (Poppen), 25.XII.1549.*

*Albertus dux in Prussia  
Christophoro Konarski*

*rogat, ut sponsae suae Annae Mariae, principi Brunsvicensi, eiusque comiti-  
bus, ad nuptias 16.II.1550 in Regio Monte celebrandas iter facturis, litre-  
ras salvi conductus a rege impetrare conetur.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 72-72v.*

An Christoffen Conarski, den 25 Decembris.

Bey ko.mt., unserm gnedigen hern etc., heben wir neulicher zeit durch unsern lieben besondern Gabrieln Terla in underthenigkeit umb ein geleidt suchen und bitten lassen, welchs uns sein ko.mt. durch ermelthen Terlen haben zuschreiben lassen. Dieweil dan der almechtige Godt es also geschickt, das wir uns mit der hochgeborenen furstin, frewlein Anna Maria von Braunschweig und Lunenburg, hertzog Erichs von Braunschweigs hochloblicher gedechnus nachgelassenen tochter, ehlichen verlobt, und auf künftig Esto mihi<sup>1)</sup> zu Konigsperrg das furstliche eheliche beilager gehalten werden soll, ier l. aber mitsamt derselben bei sich habenden fursten, graven, hern und edelleuthen vermittelst gotlicher gnaden auf den 23 Januarii zu Silinske<sup>2)</sup> und den folgenden 24 Januarii zu Meseritz<sup>3)</sup> ankhommen werden. Demnach an euch unser gnediges begeren, ihr wolleth von unsernthwegen die ko.mt. underthenist und freundlichst bitten, ko.mt. wolle auf itzermelthe unsre künftige gemahell und derselben bei sich habenden fursten, grafen, hern und edelleuthen, auch furstlichem rawenzimer, ein schriftlich, christlich und koniglich gleith, nichtsweniger irer l. alle auf ihr begern auch mit lebendigem gleidt annehmen und geleidtlich durch die Cron und lande Preussen bis in unser furstenthumb, also auch widder hinaus ins landth, bei allen ampten zu geleithen bevehlen lassen; desgleichen auch schriftlich die bevehl thun, dass ire l. mit iren bei sich habenden umb ihr geldt notturft und was inen bequemlich, haben und erlangen mogen. Solche ko. bevehll wollet in unserm nhamen aufs vleissigste, eilendste und forderlichste auf vorige konigliche vertrostung, so dem Terla gescheen, fordern, sollicitiren, und das sie ins beste gestellet und gemacht, unserer zuvorsicht nach, die wir zu euch haben, fertigen und uns bei zeigern zuschicken, euch dorinnen gudtwillig erzeigen; reicht euch von uns zu sondern gnaden, in gnaden zu erkennen. Datum Poppen, ut supra.

Cantzler.

1) 16.II.1550.

2) Cielęcin (Zielenzig).

3) Międzyrzecz.

N. 3437.

*Spychowo (Poppen), 25.XII.1549.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Wunsam, civi Cracoviensi,*

*rogat, ut vina, quae iam prius sibi mitti petuit et quae nondum accepit, omni mora seposita, si id nondum fecerit, sibimittenda curet, ita ut ad Saturalia proxime futura ("uf nehistkünftige Fastnacht") in Regium Montem advehantur.*

*(Germanice)*

*Cfr. El. XLV, N. 81, 83.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, f. 72v.*

# 1550

N. 3438.

S.l., 2.I.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Wunsam, civi Cracoviensi,*

*litteras eius de vinis se accepisse nuntiat et rogat, ut eiusmodi vina saltem 14  
dies ante initium Quadragesimae sibi in Regium Montem suppeditanda  
curet; in negotio eius eiusque cognati se ad regem scripsisse significat.  
(Germanice)*

*Cfr. El. XLV, NN. 81, 83.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 77-77v.*

N. 3439.

E Regio Monte, 21.I.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Bojanowski, secretario regio,*

*ad nuptias suas, dominica Esto mihi (16.II.) celebrandas, eum invitat; aliquot  
epistulas sibi his diebus allatas transmittit.*

*Cfr. El. XXXIX, N. 1216.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 77v-78.*

An Stanislaum Boianovium, den 21 Ianuarii anno etc. 50.

Erenvhester, besonder, lieber.

Wir haben von euch eyn schreyben, darinnen ihr uns allerley eroffnung und mitteylung thut, enpfangen, welchs wir zu gantz gnedigem gefallen angenhommen. Thun uns auch dessen, nichts weniger gehabther muhe und fleises gantz gnediglichen bedancken und seynds in gnaden zu erkennen erbuttigk. Nachdem wir dan auch hiebevorn euer person zu unsern hochzeitlicheñ freuden geladen, als wollen wir euch gnediglichen nicht pergen, das der tagk desselben unsers ehelichen beylagers uff den nehist kommen den suntagk Esto mihi angesatzt. Weil wir dan ewer person zu solcher zeit in gnaden gern sehen und wissen wolden, begeren wir gantz gnediglich, ihr wollet ewere sachen darnach richten, damit ihr uff gerurthen suntagk Esto mihi gewislich alhier uff unsern hochzeitlichen freuden erscheinen mugeth.

Hieneben thun wir euch beiligende briefe, so uns dieser tage zukhommen, wolverwarth und dergestalt als wir dieselben euch zuzuschaffen gebethen worden sindt, ubersenden, dan worinnen wir euch gnedigen wilten erzeigen mogen, seindt wir gewogen. Datum Konigsperg.

Commissio Principis ex relatione  
secretarii.  
Greger Schultz.

N. 3440.

S.l., 21.I.1550.

*Albertus dux in Prussia*  
*Caspari Kaczkowski (Catzkausky)*

*aliquot litteras, Stanislao Bojanowski in manus proprias tradendas, mittit et rogat, ut, si forte Posnania abesset, eum in villa ipsius vel alio loco quaerat et litteras ad manus porrigat.*

(Germanice)

*Ostpr. Fol., vol. 45, f. 78v.*

N. 3441.

E Regio Monte, 30.I.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, Samogitiae capitaneo, pro Hermanno a Bomlen (Bomel), qui a Gulielmo de Bauen, mandatario eius, dimidiam lignorum sexagenam ante tres annos emerat et aliquam iam pecuniae summam ei numeraverat, empta tamen ligna hactenus consequi non potuit, intercedit et rogat, ut dictum Gulielmum de Bauen ad satisficiendum subdito suo compellat.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 13.*

N. 3442.

E Regio Monte, 31.I.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Policki*

*litteras eius, 21.I. ex Strzyna datas, sibi redditas esse nuntiat; equos sibi missos nimis caro pretio emptos esse putat, se tamen eos apud se retenturum et pecuniam pro eis missurum esse scribit; summam 200 florenorum ab eo postulatam se ei hoc tempore ob alias sumptus, qui sibi alias faciendi sint, mutuo dare non posse significat; litteras in causa vectigalium ("zollbrief") ad pellendos boves, rege a Lithuania absente, se ei procurare non posse respondet; duos filios Ioannis Orzechowski, succamerarii Chelensis, in Universitatem Regiomontanam se libenter admissurum esse nuntiat ("Nun ist unser universitett umb forderung gottlicher ehren und der loblichen freyen kunsten willen aller christlichen nation und men-*

niglichen zum besten fundirett und aufgericht worden. Derhalben wir nicht allein demselben Orsecoffski, sonder auch andern benachperften in gnaden gern wunschen und gonen, das ire kinder unser wolmeynung genissen und zum besten in derselben schulen underweysett werden mochten").

(*Germanice*)

*Cfr. El. XXXIX, N. 1217.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 78v-80.*

*N. 3443.*

*E Regio Monte, 3.II.1550.*

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislaw Łaski, palatino Siradiensi,*

*in re, per Andream Fricium [Modrzewski] ab eo sibi significata, se ei hoc tempore gratificari non posse nuntiat* ("cum quod hactenus multis expensis onerati fuerimus, tum quod non minores sumptus... consummationi nuptiarum nostrarum... nobis faciendi sint").

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 14-15.*

*N. 3444.*

*S.l., 11.II.1550.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Łaski*

*ob litteras suas praeter opinionem serius ad eum perlatas dolet seque consolatur eas non omnino interceptas esse; litteras eius Stanislaw Bojanowski perferendas se curasse nuntiat; novos in Anglia tumultus excitatos se dolenter ferre scribit; sibi significatum esse nepotem suum, marchionem Albertum, a rege Angliae pro ductore exercitus acceptatum esse; novitatum communicationem sibi gratam fuisse; Tartaros expeditionem in Poloniam maturasse, sed ob magnam nivem retrocedere coactos esse significat.*

(*Adest conc. Germ. et Lat., HBA, B, K. 1174.*)

*Ostpr. Fol. vol. 82, Heiml. Reg., ff. 108-110.*

An hern Johan Lasski, den 11 Februarii anno 50.

Wir haben eur schreyben, zu Bremen den 5 Decembris ausgangen, bekommen, inhalts, den wir zu erwidern unnötig achten, eingenommen. Das euch aber unsers schreyben ethwas langsam behendigt, haben wir gantz ungern gehort. Wes auch dissfals die vorhinderung gewesen, ist uns geborgen, und sehen gleichwol gern, euch unsere schriften behendigt sein. Das auch die andern unsere schrifte[n] zur stellen kommen und derselben leuthe, an welche die briefe geschrieben, gemutter bewegt, haben wir zu solchem bewegnus nit ursach geben, besonder mugens vielmehr sich selbsten, und das die hendel in die weitleufigkeit (wie wir euch zuvorn geschrieben) gelangt, bey- und zumessen wollen, uns aber wol der gebur zu vorhalden wissen.

Ferner verstehen wir, was Boianovius an euch und ihr wider an in geschriben; daruf haben wir ihme eurem ansinnen nach eure briefe wol vorwaret zun handen geschicket.

Die neuen emporungen in Engelhardt seint uns nit lieb, und kommen gleichwol dissfals an uns allerley berichte, furnemblichen als solde der protector<sup>1)</sup> gleichwol seltzsam gehandelt haben, auch man geldt, des ehr in fessern dem Frantzosen<sup>2)</sup> zu gut ausm lande senden wollen, gefunden. Zudem langt uns ahn, wie eine englische botschaft bey unserm vettern, marggraf Albrecht, gewesen und das sich s.l. dem konige von Engelhardt<sup>3)</sup> fur ein obersten brauchen und bestellen lasse. Doch ist uns von diesem allem nichts gewisses wisslich. Begeren derwegen gnedigst, ihr uns, wes euch bewust, gutwillige mitteylung davon thun wollet.

Das ir euch die sachen der ko.mt. in England schwester<sup>4)</sup> betreffende inhalts unserm schreyben zu fordern erpietet, darfur und das ir uns die gelegenheit des alters zu erkennen geben, seint wir in gnaden danckbar und zweiflen an eurer gutwilligkeit gar nicht.

Letzlichen gereicht uns auch nit weniger eur mitteylung der zeitung von der braunschwigischen vorreterey zu sunderm gefallen. Wolten euch gern widerumb ethwas mitteylen und eröfnen. So ist doch nichts vorhanden, allein das die regirung unsers heupts noch ihm alten wesen und schir erger von der zuvorn jhe.

Es ist auch der Tatter itzo ufs neue eingefallen ihm wergk gewesen, aber ein weil durch grossen schnehe abgehalten. Sobalde derselbe abgehet, ist sich sein zu vermutten. Des wir euch, deme wir mit sondern gnaden zugethan, uf eur schreyben nit pergen wollen etc.

Bal. Ganss.

1) *Ioannes Dudley, comes a Warwick.*

3) *Eduardus VI.*

2) *Henricus II.*

4) *Maria Tudor.*

N. 3445.

*E Regio Monte, 20.II.1550.*

*Albertus dux in Prussia  
episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski]  
gratias agit, quod ad nuptias suas cohonestandas Christophorum Konarski  
miseric.*

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1220.

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 15.

N. 3446.

*E Regio Monte, 21.II.1550.*

*Albertus dux in Prussia  
Bona reginae Poloniae  
fatorum iniquitati ascribit, quod negotium, cuius regina in litteris suis mentionem fecerat, irritum factum est (scil. exoptatum matrimonium suum cum reginula Catharina ineundum).*

Cfr. El. XXXI, N. 489.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 15-16.

Reginae Poloniae, XXI Februarii.

Serenissima Regina, Domina Clementissima.

Literas S. Reginalis Vestrae Maiestatis, favoris et benevolentiae plenas, per Capitaneum meum Soldaviensem, Andream a Vilmansdorff, mihi redditas, ea qua debui reverentia accepi. Ac primo quidem quod S. Reginalis Vestra Maiestas negotium, de quo scribit, per fata irritum factum excusat, nihilominus autem sibi de me pristinam benevolentiam et amicitiam pollicetur, facile quidem ea omnia iniquitati huius saeculi et fatorum voluntati ascribo, ita tamen, ne S. Reginalis Vestra Maiestas inde perveterem meum erga eandem et fidei candorem et observantiae studium extincta putet. Quacumque enim ex parte honeste S. Reginali Vestrae Maiestati gratificari potero, talem me, qui hactenus fui, hoc etiam non obstante, fore S. Reginalis Vestra Maiestas sibi recto persuadeat. Hisque, ut cum Serenissimis filiabus felicissime valeat, percupio. Datae Regio Monte.

A. Muntzer.

N. 3447.

E Regio Monte, 26.II.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae  
causam subditi sui Cherubini Kosmaczewski, quam ex adiuncto libello suppli-  
catorio regem perspecturum esse nuntiat, commendat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 16-17.

N. 3448.

E Regio Monte, 5.III.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Radziwill, palatino Trocensi, pocillatori M.D.L.,  
pro nobili Georgio Stoppelberg intercedit et rogat, ut feudum quoddam, post  
mortem Ioannis Mollerii, consanguinei eius, hereditario iure ad eum devo-  
latum, aut eiusdem feudi recompensationem sufficientem et commodam  
consequatur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 17-18.

N. 3449.

E Regio Monte, 5.III.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Domanowski, praeposito Vilnensi,  
pro Georgio Stoppelberg (cuius causam ex litteris fratris sui Gulielmi, mar-  
chionis Brandenburgensis et archiepiscopi Rigensis, eum cognitum esse  
nuntiat), intercedit et rogat, ut illum Nicolao Radziwill ita commendet,  
quo "aut suum studium (sic in ms., praedium?) hereditarium, aut  
recompensationem eius in commodo aliquo et Livoniae vicino loco  
consequi queat".*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 18-19.

N. 3450.

E Regio Monte, 5.III.1550.

*Albertus dux in Prussia  
consulibus Lomzensibus  
pro capitaneis suis Licensi et Stradaunensi, causam de non persoluto eis  
debito cum Iacobo Bielonka, cive Lomzensi, habentibus, intercedit et  
postulat, ut eis sine mora iustitia administretur.  
(Latine)  
Cfr. El. XLV, N. 87.,  
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 19-20.*

N. 3451.

E Regio Monte, 6.III.1550.

*Albertus dux in Prussia  
Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,  
causam Georgii Stoppelberg (quam ex litteris fratris sui Gulielmi, archiepi-  
scopi Rigensis, eum intellecturum esse nuntiat) ei commendat et rogat, ut  
eam apud Nicolaum Radziwill promovere conetur.  
(Germanice)  
Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 80v-81.*

N. 3452.

E Regio Monte, 6.III.1550.

*Albertus dux in Prussia  
praefecto Lomzensi  
pro capitaneis suis Licensi et Stradaunensi (cfr. N. 3450).  
(Latine)  
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 20-21.*

N. 3453.

E Regio Monte, 11.II.1550.

*Albertus dux in Prussia  
Sigismundo Augusto regi Poloniae  
pro Ioanne Policki, in Podoliam emptum boves proficiscenti, intercedit, "ut  
dictos boves libere et citra vectigalium exactionem ducere posset  
mediante literarum S. Regiae Vestrae Maiestatis autoritate".  
(Latine)  
Ostpr. Fol., vol. 54, f. 22.*

N. 3454.

*E Regio Monte, 14.II.1550.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*pro Georgio, subdito suo, vitrearum fenestrarum concinnatore, cive Osterodesi, intercedit et rogat, ut viduam quandam, subditam regiam in districtu Przasnysz in Masovia, dicto Georgio 54 marcarum summam debentem, ad debiti solutionem praestandam adigat.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 23.*

N. 3455.

*[E Regio Monte], 15.III.1550.*

*Albertus dux in Prussia*

*Bernardo Pretwicz, capitaneo Barenzi,*

*litteras eius ex Deraźnia datas, se accepisse nuntiat; pro novitatibus sibi significatis et pro missis equis (pro quibus 150 aureos mittit) gratias agit; aliquot nova ex Germania sibi allata scribit.*

*(In adiunctis foliis subducit calculos debitum sibi ab eo pecuniae summarum et expensarum nomine suo factarum, ff. 83v-86).*

(Germanice)

*Cfr. El. L, NN. 543, 544.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 81-86.*

N. 3456.

*E Regio Monte, 18.III.1550.*

*Albertus dux in Prussia*

*Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, Samogitia capitaneo,*

*pro quibusdam incolis Livoniae, non ita pridem publica via in Livoniam redeuntibus, a teloneario Polangensi non solum rebus omnibus exutis, sed et misere tractatis, intercedit et rogat, ut dictum telonearium ad rerum erectorum (inter quas et litterae fuisse dicuntur ad fratrem suum Gulielmum, archiepiscopum Rigensem, inscriptae) restitutionem adigat, ne si secus factum fuerit, haec res ad regem referenda sit et "discordiarum inter vicinas gentes ansam praebeat".*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 24.*

N. 3457.

*E Regio Monte, 23.III.1550.*

*Albertus dux in Prussia*  
*Spytconi Tarnowski, R.P. thesaurario,*  
*rogat, ut apud regem instet, quo annum suum stipendium Marienburgi sibi*  
*numeretur, "et non hoc tantum anno, sed et sequentibus".*  
*(Latine)*  
*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 25.*

N. 3458.

*E Regio Monte, 23.III.1550.*

*Albertus dux in Prussia*  
*Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi, et, mutatis mutandis, Stanislao*  
*Bojanowski, secretario regio,*  
*rogat, ut apud regem instant, quo annum suum stipendium ("leybrendt und*  
*dienstgeldt") *quod sibi quotannis sub festa Paschatis a rege numeratur,**

*Marienburgi per thesaurarium terrarum Prussiae mandatario suo persol-*  
*vatur.*  
*(Germanice)*  
*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 86v-87v.*

N. 3459.

*E Regio Monte, 25.III.1550.*

*Albertus dux in Prussia*  
*episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski]*  
*negotium suum, de quo ad regem scripsit, commendat et rogat, ut id ita apud*  
*regem auctoritate sua promoveat, "ut tandem tot et tantis eximamur*  
*querelarum molestiis".*  
*(Latine)*  
*Cfr. El. XXXIX, N. 1228.*  
*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 26.*

N. 3460.

*E Regio Monte, 26.III.1550.*

*Albertus dux in Prussia*  
*Martino Gralewski*  
*rogat, ut litterarum exhibitori tradat "duo vasa cuprea balneis apta et ad nos*  
*pertinentia", ei a Ioanne Wunsam, cive Cracoviensi, missa, sibi in*  
*Regium Montem adferenda.*  
*(Latine)*  
*Cfr. El. XLV, N. 76.*  
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 26-27.*

N. 3461.

E Regio Monte, 28.III.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Łaski*

*rogat, ut, si quid ei constet de proposito regis Angliae [Eduardi VI] filiam regis Romanorum matrimonio sibi copulandi, id sibi perscribere velit* ("Quod si et divinitus uterque Rex reconciliari posset, duceremus id maturato opus esse, et ex re fore totius Ecclesiae et christianismi").

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 27-28.*

*Ioanni a Lasco, XXVIII Martii.*

Petit novitates, praesertim de matrimonio Regis Angliae.

Reverende ac Generose, sincere nobis dilecente.

Quandoquidem singulari tenemur desiderio de successu et valetudine R. Generositatis Vestrae certiores fieri, committere non potuimus, quin R. Generositatem Vestram literis nostris inviseremus. Ac cum varia ad nos de Rege a)R. Generositatis Vestrae<sup>a)</sup> perferantur, sitque fama eum de filia Serenissimi Regis Romanorum matrimonio sibi copulanda cogitare, idque certo cognoscere summopere cupiamus, gratiose petimus, ut, si quid ea de re R. Generositati Vestrae constat, nobis quantum licet communicet. Quod si et divinitus uterque Rex reconciliari posset, duceremus id maturato opus esse, et ex re fore totius Ecclesiae et christianismi. Iterum atque iterum a R. Generositate Vestra cupientes, ut nos saepissime literis suis invisat, et quo in cardine res omnes versentur, communicare ne gravetur. Factura R. Generositas Vestra nobis gratissimum et clementer demerendum. Quibus R. Generositatem Vestram feliciter valere optamus. Datae Regio Monte.

A. Muntzer.

a)-a) *in margine pro expuncto in textu: suo*

N. 3462.

E Regio Monte, 30.III.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*rogat, ut commissarios cognoscendis et terminandis finibus designet, et de iniuriis, a subditis regii subditis suis recens illatis, refert; deinde petit, ut annum suum stipendum quotannis Marienburgi sibi numeretur.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 28-32.*

*Regi Poloniae, XXX Martii.*

Petit commissarios ad fines deputari tandem et indicat, quae gravamina acciderint proxime. Extremo petit stipendum numerari quotannis Marienburgi.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime. Quandoquidem S. Regia Vestra Maiestas clementer diem Dominicam

Laetare proxime praeteritam lustrandis terminandisque finibus inter Mazoviae et hunc meum Prussiae Ducatum per legatum meum Assuerum Brandt indixit, quo die S. Regiae Maiestatis Vestrae commissariis aut plenipotentibus cum meis convenientum fuerat, misi ad inductionem S. Regiae Vestrae Maiestatis ad eum diem et locum, quo incipi debebat finium cognitio, meos plenipotentes. Qui hisce diebus reversi, se neminem reperisse commissariorum S. Regiae Vestrae Maiestatis, imo nec ipsis subditis S. Regiae Vestrae Maiestatis de ea re quicquam constitisse retulerunt. Quod ita confore sane non putassem, ac non nisi singulari S. Regiae Vestrae Maiestatis consilio aut causis inevitabilibus id negotii a S. Regia Vestra Maiestate intermissum esse existimem. At cum eiusmodi dilationes mihi meisque subditis, crebris iniuriarum molestiis oneratis, plurimum obsint et subinde novae irruptiones et violentae invasiones Ducatus mei a subditis S. Regiae Vestrae Maiestatis committantur, officiosissime adhuc S. Regiam Vestram Maiestatem rogatam facio, ut moram et procrastinacionem talem, mutua et intestina subditorum odia, caedes, rapinas et id genus alia clementer tollat, quodque se facturam aliquoties recepit, benigne tandem deputatis iterum commissariis, ad eam rem idoneis et suspicione favoris parentibus, in effectum duci curet.

Nam ut vetera et graviora taceam, celare S. Regiam Vestram Maiestatem nequeo, non ita pridem ac eo ipso tempore, dum commissarii mei adventum commissariorum S. Regiae Vestrae Maiestatis in finibus expectant, quandam Zazetzski, subditum S. Regiae Vestrae Maiestatis et vicinum districtus mei Johansburgensis, irruptionum et gravaminum omnium auctor et caput, quandam subditorum meorum in via regia invasisse, vincitum duxisse domum et in compedes missum, laqueo illius collo apposito, nisi quatuor sexagenis Polonicis vitam redimeret, strangulaturum se dixisse. Miser ille cum inops plane esset, nec praeter unam vaccam et tres boves domi aleret, se ista pro redemptione vitae daturum mortis metu promisit iussitque iumenta ista sibi per uxorem suam adduci. Quibus adductis dictus Zazetzski non contentus, sed et uxori captivi illius veste insuper exuta, hominem vinculis liberum dimisit. Causas captivandi istius miseri nullas habuit, quam quod subditus esset Socollorum, cum quibus controversiam habet Zazetzki de finibus.

Postridie eius diei idem Zazetzki equitibus viginti manuque armata invasit villam Ducatus mei Socollen, ibique effractis ostiis quandam subditorum meorum omnibus facultatibus suis spoliavit, pecudibus abductis, armis et bombardis, quibus debita mihi praestare officia obligatur, vestibus, palla, tunica rebusque aliis mobilibus ablatis, denique et cuidam Obritzky, qui pisces emptum apud eundem spoliatum diverterat, duodecim marcas pecuniae eripuerat.

Praeterea retulerunt ad me dicti mei commissarii, novos scopulos non ita pridem a subditis Mazoviae in fundum Ducatus mei circa districtum Neidenburgensem positos esse, non expectata ab utrisque commissariis finium lustratione.

Haec et id genus alia quam plurima, tanquam violentam ditionis meae invasionem, subditorum meorum a possessionibus deturbationem, quantum animum meum afficiant, ipsa S. Maiestas Vestra Regia, quae literis et sigillis promisit se non passuram, ut quicquam violenter eorum, quae in feudum mihi contulit, imminueretur aut decederet, secum clementer reputet. Quicquid enim hactenus quadam lenitate tuli et quod in officio subditos meos, licet graviter afflictos a subditis Ducatus Mazoviae, continui, eos, crescentibus de die in diem damnis, porro ea mansuetudine ita continere

vix potero, praecipue cum Dominus Palatinus et Vicesgerens Mazoviae<sup>1)</sup> ad talia facinora conniveat et a capitaneis meis rogatus, authoritatem suam ut interponat, ne eiusmodi committantur, respondeat sibi nullam esse iurisdictionem in nobilitatem Mazovicam, licet minime dubitem mandato S. Regiae Vestrae Maiestatis sontes et facinora plectendi sui muneric esse. Itaque si hoc, quod aliquoties a S. Regia Vestra Maiestate petii, impetrare non potero, nec illi, quorum interest, officium nomine S. Regiae Vestrae Maiestatis facere voluerint, posthac subditos meos defensionem implorantes continere non potero, sed invitus iniustam vim vi repellere eos sinam. Utrum autem haec futura sint contractui et foederibus conformia, iudicio S. Regiae Vestrae Maiestatis relinquo. Quam iterum atque iterum officiosissime et amice oro, ut talia clementer caveat, severius nonnihil ad prae-dictum Palatinum et Vicesgerentem Mazoviae, Ioannem Dziergouffski, scribat, ne ad talia facinora conniveat, sed et scopulos illos novos, in fundum meum positos, destrui ac de dicto Zazetzski meritas sumi poenas mandet, ne porro quid de imminutione iurium, privilegiorum et libertatum mearum me conqueri opus sit, et haec res, animis subditorum ita exacerbatis stantibus, ex parva scintilla inter eos ipsos aliquando maius incendium (quod tamen Deus avertat) pariat. Fecerit in hoc S. Regia Vestra Maiestas rem maxime autoritate sua dignam et se meque plurimis liberaverit molestiis.

Ceterum, Serenissime Rex, quandoquidem S. Regia Vestra Maiestas annum meum stipendum Marienburgi mihi numerare consuevit, oro eandem, ut hoc anno itidem eo in loco mihi numerari clementer mandet, aut si hoc fieri non poterit, illi, per quem eo nomine sollicitandam S. Regiam Vestram Maiestatem duxi, solvi curet, licet gratissimum mihi S. Regia Vestra Maiestas praestiterit, si porro quotannis Marienburgi illud a thesaurario S. Regiae Vestrae Maiestatis accipere possem, ne hac per longiorem distantiam missione opus sit. Itaque oro enixe, ut hac ex parte mihi graticetur meque eius clementer certiore faciat. Factura S. Regia Vestra Maiestas rem quovis tempore vicissim mihi subdite demerendam. Datae Regio Monte.

A. Muntzer.

1) *Ioannes Dziergowski.*

N. 3463.

E Regio Monte, 30.III.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Iacobo Przyluski, notario castri Premisliensis,  
diligentiam eius in paranda statutorum Polonorum editione probat; de Turcis  
et Valachis profligatis gaudet et gratulatur.*

*Cfr. El. XXXIX, NN. 1222, 1226.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 35-36.*

Ad Iacobum Prilusium, notarium castri Praemisliensis, XXX Martii.  
Precatur salutem, hortatur ad editionem statutorum Polonorum.

Salutem et benevolentiam nostram.  
Famate, sincere nobis dilecte.

Accepimus literas vestras iucundissimas, ex quibus egregiam vestram perspeximus erga nos voluntatem. Quo nomine gratias clementissimas agimus et vicissim gratulamur vobis novum divinitus institutum Deoque placentem ordinem<sup>1)</sup>, quem ipse pro sua bonitate et misericordia fecundet et omni felicitate ad nominis sui gloriam et proximi salutem ornet.

Quod in editionem Statuti Polonici<sup>2)</sup> imprimis incumbitis, id nobis gratum est ac divinam vobis opem ad tam praeclarum institutum, quod Reipublicae utilitati vestraeque familiae ac nomini honori maximo esse potest, utiliter perficiendum optamus etiam atque etiam.

De Turcis et Valachis caesis omnem nobis dubitationem exemerunt S. Reginalis Maiestatis literae, de ea re inter cetera ad nos scriptae. Quare Deo omnipotenti merito gratias agimus, qui nos ex eis periculis liberare dignatus est. Quicquid enim inclyto Poloniae Regno adversi accidit, id merito nos quoque, qui eius membrum et pars sumus, attingere videtur. Deus porro sua divina clementia S. Regiam Maiestatem Poloniae, Dominum nostrum clementissimum et consobrinum charissimum, conservet et protegat, ne quid detrimenti usquam in ulla Regni sui parte capiat, sed felicissime regere subditos suos queat. Postremo non aliter vobis persuadeatis, quam nos, quotiescumque honeste fieri poterit, omni clementia vos prosequuturos esse. Ac prosperam vobis valetudinem precamur. Datae Regio Monte.

Joh. Will.

1) scil. matrimonium eius cum Barbara Dembiniska initum.

2) ed. a. 1553, Leges seu statuta ac privilegia Regni Poloniae.

N. 3464.

S.l., 3.IV.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*pro clementi responso ad omnes articulos consiliario suo, Assuero Brandt,  
dato et legato ad nuptias suas misso gratias agit; Andream a Górką,  
castellanum Posnaniensem, suspicionibus purgat et asserit illum nihil  
mali in regem moliri; de tempore accipienda feudi investiturae certior  
fieri cupid; de secretis cum nepote suo Alberto negotiationibus se iam pri-  
dem regem certiore reddidisse scribit et addit totam actionem ex rege  
Romanorum pendere; paratum sese declarat, poscente necessitate, se ad  
regem conferre eumque pro viribus adiuvare; lenitatem regis in subditos  
laudat.*

*Cfr. El. XXXI, N. 493.*

*(Adest conc. Germ. et Lat., HBA, B, K. 1174).*

*Ostpr. Fol., vol. 82, Heiml. Reg., ff. 500-509.*

An ko.mt. zu Polen, den 3 Aprilis anno 50.

Gnedigster konig.

Von E.Ko.Mt. ist mein rath und diener Assuerus Brandt, denen an

E.Ko.Mt. mit etzlichen vortrauten und geheymen werbungen ich abgefer-tigt, kurtz vor Fastnacht wider bey mir ankommen und mir E.Ko.Mt. gnedig-ste andtwort auf alle artickel lenglicht einbracht, die ich nit nöttig achte, deweil E.Ko.Mt. solcher wol eingedenck, nach lenge zu erholen. Nun thu gegen E.Ko.Mt. der gnedigsten und freuntligsten andtwort, auch das sie mein hochste nodturft und treulich woltmeynen, so ich auf mein pflicht, eidt und blutfreundtschaft zu melden nicht umbgehen mussen oder konnen, gnediglich und freuntlich zum besten vorstehen und aufnehmen, und meinen hochzeit tag so stadtlich und koniglich besendet, underthenig, dienst- und freuntlich bedancken. Zeuge es auch mit Gott, das mich zu solchem allem nichts anders, dan das oberwente gedrungen. Das E.Ko.Mt. ich so langsam uff letzliche artickel beantwortet, ist ursach, das ich vor gegenwart meyner hern und freunde, so zu mir auf diese itztgemelte meyne hochzeitliche freude zum teil personlich kommen, zum teil geschicket, nicht fuglich dazu kommen mugen. Bitte demnach gar freundt – und dienstlich, E.Ko.Mt. wolle es mir zu gnaden und allem gutten kommen lassen.

Mich erfreuet nicht wenig E.Ko.Mt. gnedige andtwort. Wil mich auch gentzlich vorhoffen, E.Ko.Mt. werde mit mir, wie sie bisdohero gewonth, aus offenem freyen hertzen, als ich kenne es Gott thu, handlen und den itzigen weldsbrauch hindan stellen, darumb ich mich, unangesehen allerlei viele umbstende und gelegenheiten, nicht irren wil lassen, sondern auf E.Ko.Mt. vielfaltige zusage und itzige vorenderung mich getrösten und gewiss hoffen, do hinfuro bas dergleichen hendel an E.Ko.Mt. gelangten, E.Ko.Mt. werde mich darumb besprachen und mein unerhort ihr koniglich gnade, hertz und willen von mir nicht wenden.

Zu mir aber sollen E.Ko.Mt. sich das vorlassen, das ein lehenherr zum treuen lehensfurst aus recht und pilligkeit sich zu vorsehen. Dan auch, ob Gott will, von mir anderer gestaldt nichts erfahren werden sol. Wuste ich auch ethwas von bundtnussen und andern geferlichen unpillichen verneh-men bewuster und angezeigenter personen, ich woldt es bis uf diss E.Ko.Mt. gnedigst erinnern nicht geschwigen, sonder, wie ich schuldig, vorlengest gewarnet, geöfnet und gemeldet haben. Ich weis auch Gott lob wol, was mich dieses stuckes halben die geleisteten eides pflicht gegen E.Ko.Mt. und der Cron zwingen, weisen und leren. Hirumb bin zu E.Ko.Mt. ich der underthenigen und freuntlichen zuvorsicht, dieselbe werde auf mich, das ich davon wissen habe, nicht glauben, und das ich als ein unwis-sender nichts öfne, nicht vordencken.

E.Ko.Mt. haben sich auch zur pilligkeit umb und über des hern von Posens<sup>1)</sup>, meynes lieben freunds und brudern, rede, so er mit mir wegen erhaltung E.Ko.Mt. fridlichen koniglichen regirung geredt, nicht zu vor-wundern, zur sonderung zu deuten, daraus argwenigkeit zu nehmen, oder eyning missduncken auf sein oder mein person zu haben. Dan was wir mitein-ander amice conferiret, haben wir uf unsere pflicht, als bede E.Ko.Mt. re-the, wie wol gewonlich unter freunden geschicht, gutter meynung zu key-nem bösen, sondern dem besten ende gethan. Wolt auch Gott, E.Ko.Mt. wuste alle unsere rede, deren wir gantz und keynen scheiden, die hendel gereichen auch zu dem ausgang, wie wir miteinander hertzlich von Gott gewunschet und gebeten. Ich auch vor mein person noch teglich ohne underlass zu Gott bitte und rufe. So woldt ich hoffen, es soldt E.Ko.Mt. hochste ehre, nutz, frommen, wolfart und unaufhörlicher ruhm, jha auch zu ewig werender fridlicher regirung dienstlich und vortreglich sein.

Der weiten berichtung,forderung zur lehen, wil ich treulich gewarten und mich aller pilligkeit erweisen.

Und obwol E.Ko.Mt. die dinge, die ich von key.mt. derselben zugeschrieben, vor eytel achten, so haben mich doch grosse leuthe dafur gewarnt, das es gleichwol ethwas sorglich. Ich wil aber hoffen, E.Ko.Mt. sey der dinge gewiss, so habe ich das meynige dieses stucks halben gethan, daraus E.Ko.Mt. mein treuhertzig gemuth zu sehen. Der Herr aller gnaden richte alle dinge zu seinen ehren, auch ruhe und fride der lóblichen Cron und gantzen christenheit.

Mit marggraf Albrecht, meynem lieben vettern und sohn, ist wol in geheim gehandelt, aber nicht ohne E.Ko.Mt. vorwissen, welchs ich nicht erst nach dem beschluss, sonder in stehender handlung selbst, auch durch andere E.Ko.Mt. dienere E.Ko.Mt. berichtet und vortragen lassen, darumb E.Ko.Mt. auch aus diesem nichts zu argwenigen. Und ist an deme, das ich E.Ko.Mt. von dieser handlung lange nichts geschrieben, ich habe auch nichts zu schreiben gehatt, deweil die gantze handlung numehr auf der ro.ko.mt. eyner zusammenkonft und gutlichen handlung ruhet, wie E.Ko.Mt. ich ein solchs zugeschrieben, sie auch wissen, wes sie sich gegen hochgehandter ro.ko.mt. ercleret.

Das aber mein lieber sohn und vetter diese artickel bey E.Ko.Mt. gesucht, ist mir bisdohero geborgen gewest. Muss es Gott ergeben, ob ich wol eines solchen zu sr l. nicht vorsehen. Und haben E.Ko.Mt. weislich und koniglich geandtwortet, freunt- und dienstlich bittende, ob dergleichen auch sonsten von sr l. an E.Ko.Mt. wes weyter gelangen werde, sie wolle mir solchs nicht vorhalten. Und woldt E.Ko.Mt. die, so mir allerlei angezeigt, gern anmelden, so wes nutzliches daraus zu vorhoffen, des ich doch nicht vorstehe. Deweil aber solche dinge allerlei uf sich haben, niemandts dan mich belangen, ich auch bey E.Ko.Mt. privatum in aller underthenigkeit mich entschuldiget, mit welcher E.Ko.Mt. lauts irer anthwort freunt – und gnediglich ersetztigt, achte ich ohne nodt, davon weyter zu handlen, underthenig bittende, E.Ko.Mt. mich darin nicht vordencken wolle.

Gantz freundt- und dienstlich bedanke ich mich gegen E.Ko.Mt., das sie mein wolmeynen der irrungen halben in der Cron gnedigst aufnehmen, mir eynen druck zuschicken und des vortrauen zu mir haben, aus denen dingen mit mir zu reden. Und wiewol ich mich viel zu wenig weiss und erkenne, das ich in solchen grossen koniglichen hendlen ethwas nutzen oder dienen mochte, so wollen doch E.Ko.Mt. glauben, das ich viel daruf gedencke und es jhe hertzlich gerne guth sehe. Bin auch unbeschwert, wen es E.Ko.Mt. haben wil, auf das eylendeste auf der post mich zu E.Ko.Mt., wohin es derselben gelegen, zu begeben und so, wie ich kan, mit meyner armen thorheit hochstes ver mugens zu dienen. Ich weis auch, das ichs schuldig. Demnach, so haben E.Ko.Mt. zu schaffen, ich wil mich, wils Gott und mit vorleihung desselben gnad, bey E.Ko.Mt. den treuen blutsfreundt, diener und underthan in der zeit finden lassen.

Das E.Ko.Mt. in sanftmut regiren, ist hoch zu loben, und nit zu zweiflen, es werde daraus ein bestanden langk regiment folgen, wie solchs bey vielen erfahren und die historien zeugen. Wil auch hoffen, E.Ko.Mt. werde domit der underthanen gemuther mehr gewinnen, in liebe und treuer dienstwilligkeit fester an sich brengen, dan in andere wege. Bin des auch ohne zweifel, obwol E.Ko.Mt. sich beduncken lassen, es sey von deme von Posen wes vorwirckt, darumb er sich forchte, E.Ko.Mt. werde mit der zeit erfahren, das er E.Ko.Mt. treulich gerathen, noch liebet, meynet und dient. Bitt auch hirumb ufs underthenigst und freuntligst, E.Ko.Mt. woldt auf den von Posen nichts argen gleuben oder sich bereden lassen. Dan ich des vorhoffens, do inen E.Ko.Mt. umb ethwas werde schuldigen, er werde

gegen E.Ko.Mt. sich mit solcher underthenigen andtwort richtig vornehmen lassen, das E.Ko.Mt. davon nicht allein ersetztigt, sonder auch ein gnedigstes gefallen, auch sein unschuldt voermercken werde.

Do. Cancell. scripsit.

1) *Andreas a Górką, cast. Posnaniensis.*

N. 3465.

*E Regio Monte, 4.IV.1550.*

*Albertus dux in Prussia  
Stanislao Kiežgajło a Kroże, M.D.L. dapifero,  
se capitaneo suo Ragnetensi demandasse nuntiat, ut detentum eius frumentum ei restituendum curet.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 37.*

N. 3466.

[*E Regio Monte*, 10.IV.1550.]

*Albertus dux in Prussia  
Ioanni Wunsam, civi Cracoviensi,  
de mora, se inscio facta, in numeranda ei pecunia, quam in vina ad usum suum empta impenderat, se excusat.*

(Germanice)

*Cfr. El. XLV, NN. 85, 86.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 87v-88.*

N. 3467.

*E Regio Monte, 11.IV.1550.*

*Albertus dux in Prussia  
Stanislao Kiežgajło a Kroże, M.D.L. dapifero,  
queritur de praefecto in Szwekszie (Schweiksn), qui neglecto tam regio,  
quam commissariorum suorum recessu, non solum eam fundi partem,  
"de qua propter finium incertitudinem adhuc ambigitur", sed etiam  
agros subditorum suorum districtus Memelensis (Cleipodiensis), imme-  
diata ad Ducatum suum Prussiae pertinentes, seminavit et messuit, et  
rogat, ut auctoritate sua caveat, ne quid iuri dominiorum suorum detra-  
hatur.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 37-38.*

N. 3468.

E Regio Monte, 12.IV.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, capitaneo Samogitiae,  
servitorem eius se clementer ac benigne audivisse et quaedam ipsi vicissim  
referenda ei commisisse nuntiat.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 38-39.*

N. 3469.

E Regio Monte, 18.IV.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae  
magistri Ioannis Lohmüller, consiliarii sui, negotium (quod ex adiuncta sup-  
plicationis copia regem perspecturum esse scribit) commendat et rogat, ut  
in eodem negotio iustitiam ei administrare velit.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 40-41.*

N. 3470.

E Regio Monte, 18.IV.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Venceslao [Wierzbicki], episcopo Samogitiae,  
litteras eius, fugitivos subditos concernentes, se accepisse nuntiat et, re bene  
cognita, capitaneo suo Tilsensi mandaturum esse, ut se iustitiae et aequi-  
tati conformem gerat.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 39.*

N. 3471.

E Regio Monte, 25.IV.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Praelao [Gnojewski], capitaneo Grodecensi, aulico regio,  
de filii eius difficiili et contumaci indole queritur et certior fieri cupid, utrum  
eum domum remitti an diutius in aula sua versari velit.*

Cfr. El. XXXIX, N. 1242.

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 41-42.*

Przetzlawo, 25 Aprilis.

Scribit de filio suo, quod ad nequitiam et inobedientiam animum  
adiungat.

Nobilis et Generose, sincere nobis dilecte.

Quandoquidem Generositas Vestra filium suum nobis annis aliquot elapsis commendavit, dedimus operam, ut ad virtutem et optima quaeque assuefieret, morumque illius inspectorem praefecimus nobilem Georgium Weier, stabula<sup>a)</sup> nostri praefectum, qui quod potuit diligenter sane praestit, addidimusque ei curatricem quandam scabiei capit. Celare autem Generositatem Vestram nolumus eundem filium Generositatis Vestrae parere mandatis et hortatui neutiquam velle, nec lenitate aut flagris officium facere, ita etiam, ut si quando certis temporibus submittere se dictae curae debuerit, facere id neglexerit. Quo factum, ut sumptus in eum collati nihil frugis fecerint. Qui cum non ita pridem se ab aula nostra subduxerit et vendendis vestibus suis ad pessima, ut est ad talia adolescentia prona, hic deflectat, praetendens vocatum se esse domum a Generositate Vestra. Cuius verbis cum ita nude fidem habere non possimus, molestumque sit flagris in eum, cum annos pubertatis iam excesserit, animadvertere, duximus hac de re ad Generositatem Vestram scribendum esse, ne si secus faceremus, putaret Generositas Vestra nos illi promissam gratiam exhibere nolle. Itaque clementer cupimus, ut Generositas Vestra mentem suam nobis significet. Ac si cognoverimus velle Generositatem Vestram, ut domum redeat, clementer illi missionem sumus facturi prospecturique necessariis, quoad pertingat ad Generositatem Vestram; sin vero diutius eum in aula nostra versari volet, itidem nobis significet. Id enim Generositas Vestra sibi de nobis persuasum habeat, ut si qua ex parte clementer Generositati Vestrae etiam in re eminentiori, nedum ista, gratificari poterimus, facturos id nos esse sedulo. Quibus Generositatem Vestram feliciter valere optamus. Datum Regio Monte.

Ex commissione propria.  
A. Muntzer.

a) *in ms. stabili*

N. 3472.

*E Regio Monte, 26.IV.1550.*

*Albertus dux in Prussia  
palatino Plocensi [Felici Srzeński]*

*litteras eius, quibus subditos suos Masovienses usque ad finalem finium determinationem in officio continere promittit, se accepisse nuntiat et subditis quoque suis mandaturum esse, ne contrarium tentent; de emptione piscium ex lacubus et fluminibus suis, servitori eius sibi commendato [Iacobu Choromański] concedenda, respondeat potestatem vendendi pisces capitaneis suis se fecisse significat.*

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1225.

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 45.

E Regio Monte, 26.IV.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Łaski*

*rogat, ut auctoritatem suam apud regem Angliae interponat, quo adolescens quidam, Ludovicus Troski nomine, qui in Anglia captivus detinetur, vel gratis vel persoluta redemptio mulcta liberari possit.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 43-44.*

*Ioanni de Lasco, XXVI Aprilis.*

*Petit quandam Ludovicum Trosky, qui in Anglia captivus detinetur, liberari.*

Reverende ac Generose, sincere nobis dilecte.

Attulit huc literas Bononia nuntius quidam, a nobili quodam adolescenti Ludovico Troski, subdito nostro, scriptas. Is cum puer hinc Illustrissimo Duci Wirtenbergensi<sup>1)</sup> commendatus a nobis annis aliquot retroactis esset, tandem, ut adolescentia est perlustrandarum regionum cupida, cum Comite Gulielmo a Furstenbergk in Gallias se contulit. Ibi cum se expeditioni contra Anglos non ita pridem immiscuisse, accidit forte fortuna, ut in captivitatem redigeretur, iniuncta illi pro libertatis redemptione certa aliqua aureorum mulcta. Etsi autem moris esse intelligamus, ut captivorum liberatio penes Regem stet, et facilius reliquis liberatos iri eos, qui ex Germania oriundi sint, tamen cum hic adolescentis, licet natione Germanus sit, a pueritia fere in Galliis versatus sit, captus etiam pro Gallo reputatur. Nos vero, considerata dicti adolescentis honestissimorum parentum et celebris eius familiae fide et servitiis nobis praestitis, committere non potuimus, cum istic locorum R. Generositate Vestra notiorem habeamus neminem, quin eo nomine ad R. Generositatem Vestram scriberemus, clementer et gratiore cupientes, ut R. Generositas Vestra, accidente Reverendissimi Cardinalis Loteringiae<sup>2)</sup>, amici nobis perchari, autoritate et intercessione, apud S. Regiam Dignitatem Angliae<sup>3)</sup> de liberando subdito nostro instet eumque, ut eo citius in patriam pertingat, iuvet. Ac si omnino redemptio gratis obtineri non poterit, amice cupimus, ne gravetur R. Generositas Vestra, cum pecunia nuntio tuto non videatur committenda esse, nostro nomine eam multam, etiamsi centum florenorum esset, quemadmodum id R. Generositas Vestra ex captivo, quantum illi sit opus, cognoscet, nobisque per literas significare, cui ex mercatoribus Gedanensibus reddi summam expositam volet. Nos citra aliquam moram solutionem faciendam curabimus ac benevolentiam hanc R. Generositati Vestrae clementer demererit studebimus. Sin vero Regia Dignitas libera dimissione subditi nostri nos benigne donare dignaretur, daturi essemus operam, ut hanc regiam in nos munificentiam, ita ut deberemus, grato amplecteremus pectore ac mutua benevolentia rependeremus. Quicquid autem R. Generositas Vestra in hoc casu effecerit, nobis significari cupimus. Fecerit in hoc R. Generositas Vestra rem nobis et captivi adolescentis propinquis longe gratissimam. Quam feliciter valere percupimus. Datae Regio Monte.

Commissio Principis propria.

A. Muntzer.

1) *Udalricus (Ulricus).*

2) *Carolus de Guise.*

3) *Eduardus VI.*

N. 3474.

E Regio Monte, 3.V.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*nuntiat litteras regias, quibus siliginis apud subditum suum Georgium Schwabe depositae et arrestatae restitutio postulabatur, se accepisse, notumque facit dictam siliginem ad petitionem Stanislai Kiežgajło iam prius arresto liberatam et dimissam esse.*

(Latine)

Ostrpr. Fol., vol. 54, ff. 48-49.

N. 3475.

E Regio Monte, 3.V.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*pro litteris moratoriis, ad intercessionem suam anno superiore Hermanno Schmidt, civi Gedanensi, concessis (cfr. N. 3311), gratias agit; nunc tamen se cognovisse nuntiat eundem Schmidt hoc regio beneficio privatum esse; rogat igitur, ut rex homini egeno et inopi, "qui non sua, sed fortunae novercantis culpa facultatibus suis exutus sit", clementiam iterum ostendat et litteras moratorias ei concedat, ut "spem respirandi non nihil adversus importunam creditorum inhumanitatem" habeat.*

(Latine)

Ostrpr. Fol., vol. 54, ff. 50-51.

N. 3476.

E Regio Monte, 3.V.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, capitaneo Samogitiae, querelas eius de subditis suis districtus Ragnetensis per capitaneum suum Ragnetensem sibi significatas esse nuntiat, ex altera tamen parte sibi nota esse subditorum suorum gravamina de damnis a Samogitis eis illatis; equum cum bombardā, subdito eius Jurborgensi, qui in silvis suis feris insidiabatur, a capitaneo Ragnetensi ereptum, ob criminis evidentiam restitui non posse asserit.*

(Latine)

Ostrpr. Fol., vol. 54, ff. 46-47.

N. 3477.

E Regio Monte, 3.V.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Komajewski*

*ad litteras eius, dimissionem arrestatae siliginis postulantes, respondet talem*

*dimissionem Stanislao Kiežgajło iam factam esse (cfr. litteras ad regem, N. 3474).*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 49-50.*

N. 3478.

[*E Regio Monte*], 13.V.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,*

*Assuero Brandt et Lucae David, consiliariis et oratoribus suis, se quaedam ei referenda commississe nuntiat et rogat, ut eis in omnibus plenam fidem adhibeat.*

(*Germanice*)

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 88-88v.*

N. 3479.

[*E Regio Monte*], 13.V.1550.

*Burggravius Regiomontanus [Martinus Kannacher]*

*Iacobo Choromański*

*nomine ducis Alberti eum certiores reddit, ad intercessionem palatini Plocensis [Felicitis Srzeński] ducem ad capitanum Iohannisburgensem, Martinum Krosten, scripsisse illique mandasse, ut facultatem pisces in capitaneatu illo emendi ei prae aliis concedat, nisi hoc a praedecessore ipsius aliis promissum fuerit.*

(*Schedula: de eadem re ducem ad alios capitaneos suos scripturum esse nuntiat*).

(*Germanice*)

*Cfr. El. XXXIX, N. 1225.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 88v-89v.*

N. 3480.

*E Regio Monte*, 15.V.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*nobilem Petrum Perska, subditum regium districtus Pucensis, exteras nationes visendi desiderio motum, commendat et petit, ut eum rex in satellitum suorum numerum, qui corporis regii custodiae adhibentur, suscipere dignetur.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 52.*

S.l., 21.V.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Stanisla Bojanowski, secretario regio,*

*quod animi subditorum in Polonia ad quietiora consilia descendant, gratum sibi esse nuntiat; cum articuli de religione in Comitiis Regni p[re] aliis tractari debeant, sperat ipsum ardenter eorum promotorem futurum et se de omnibus facturum certiore[m]; Comitia Imperii, ab imperatore recens indicta, parum boni allatura censem; de discordia inter imperatorem et regem Galliae dolet; quod imperator oratores suos (ad oboedientiam pontifici praestandam) Romam miserit, et episcopus Cracoviensis regi Poloniae idem suadeat, se aegre ferre scribit; Iacobo Secygniowski pro inseriendi studio gratias agit et libenter illud acceptat; sibi significatum esse nuntiat "monachum" [Georgium Utisenović] regi Ferdinando aliquot Hispanos profligasse.*

Cfr. El. XXXIX, N. 1227.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 89v-91v.

An Stanislaus Boianowsky, den 21 May.

Ernhester, lieber, besonder.

Wir haben euer schreyben, des datum stehet Kracaw den 24 Aprilis, empfangen und daraus allerley zur notturft eyngenommen. Der mitteylung wir uns gegen ewere person in sonder gnaden thun bedancken. Und ist uns erstlich fast lieb gewesen, das die gemutter der underthanen in der Cron zu Polen zu fridlichen und ruhigen rathschleglen sich neygen. Wollen aber inen ungerne gonen, do sie etzwas beschwerlichs euerm vornhemen nach auf und über sich nhemen soollen.

Was die artickel, von denen euers erachtens auf itzigem reichstage zu Petterkaw gehandelt sol werden, anlangt, wunschen wir vom Allerhochsten, das dieselbige zu allem gutten gereichen, und nachdem uns auch von andern zukompt, als solte die religion, sunderlich aber articulus Iustificationis, der sacramenten sub utraque specie und coniugii sacerdotum der fornembsten artickel eyner seyn, zweyfeln wir nicht, ir als ein christ nach habender gelegenheit dessen, weil es zu Gottis ehren, erbreiterung seynes heyligen nhamens und alleinseligmachenden worts gereichert, ein reuer forderer seyn, uns und wess ditzfals verlaufet und wohin alle hendel gestalt, soviel zimblichen, mittheilen. Wess unsers freunds und brudern von Posen<sup>1)</sup> einzug zu Petterckaw belanget, horen wir gerne, wunschen auch, das s.l. alle ire hendel zu guttem und begerthem ende ausfuren.

Den reichstag in Deudschland angehende, werden wir bericht, das derselbige mit grossem ernst von key.mt.<sup>2)</sup> ausgeschrieben, und die fursten des reichs auf denselben harter, dann vormals jhe gescheen, sollen gesondert seyn. Ist zu besorgen, wenig guttes brengen werde. Doch wird solchs die zeit geben. In gnaden begerend, do ir ditzfals etzwas erfahren werdet, uns mitzutheilen. Desgleichen sol von uns auch gnediglich bescheen. Als ir ferner von aller<sup>z</sup>) practiken und bewerbungen zwischen key.mt. und konigliche[r] w. zu Franckreich<sup>3)</sup> meldet, ist billich zu beklagen, das solche grosse haupther undereynander strettig und uneins. Wer besser, diess alles an den feindt gemeiner christenheit gewandt wurde.

Die key. beschickung zum babst<sup>4)</sup>, und das ko.mt. zu Polen auch zu solchem durch den crakawischen bischoff<sup>5)</sup> ermanett, antreffende, horen wir ungerne, das der frommen und wolmeynenden weniger dann der andern rath, eurem vermutten nach, in solchem val solt stadt geben werden. Begeeren aber gnediglich, was weiter sich hirinnen zutragen wurde, uns zu vorstendigen.

Was den Zegniewski<sup>6)</sup> angehett, thun wir uns solcher seyner diensterpittung gnediglichen bedancken. Seyn in gnaden zufrienden, ir euch kegen im vernhemen lieset, do er sich ewerm schreyben nach gegen uns entweder ficto nomine, oder durch ewre anzeygung verhalten wolte, mochten wir inen zum diener wol leyden. Weren uns auch gegen seyner person herwidderumb, dadurch ehr seyner dienste ergetzlichkeit zu spuren, aller gnedigen gebur zu vorhalten erbottigt.

Das Zikowski<sup>7)</sup> ohne frucht des contracts wider ankhommen, ist Gott zu behelen, gonen aber dem gutten gesellen gerne, das ehr dannoch erlich beschenckt und wol abgefertiget ist.

Hieneben wollen wir euch nicht pergen, das uns diese stunde zeitung zukompt, als solte der monch<sup>8)</sup> konig Ferdinando etzliche Spanier erschlagen haben, und eylende hulffe von den Ungern begert seyn. Wess aber ahn solchem allem, konnen wir eygentlichen nicht wissen. Bitten aber Gott, das solchs zu seynen ehren gedey.

Was sonst die andere mitgetheilte zeytung belangett, lassen wir in irem<sup>2)</sup> wirde beruhen, gnediglich begerende, uns hinfuro, wi alle hendel stehen und wo si hin gereicht, soviel zimblichen, mitzutheilen. Das seindt wir herwidderumb in gnaden gegen ewer person abzunhemen gewogen, und wolthen euch solchs auf ewer schreyben zu antwort nicht pergen. Datum.

Cancellarius et Princeps audivit.  
And. Muntz.

2) *sic in ms.*

5) *Samuel Maciejowski.*

1) *Andreas a Górká.*

6) *Iacobus Secygniowski.*

2) *Carolus V.*

7) *Stanislaus Cikowski de Wojslawice.*

3) *Henricus II.*

8) *Georgius Utšenovič Martinuzzi, ep. Vara-*

4) *Iulius III.*

*densis, Regni Hungariae thesaurarius.*

N. 3482.

S.l., 1.VI.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Łaski*

*de meliore valetudine eius gaudet; pro gratulationibus, occasione nuptiarum sibi factis, gratias agit; de concordia et pace inter reges Galliae et Angliae ineunda laetatur; rogat, ut apud regem Angliae operam interponat, quo 50.000 florenorum summam mutuo sibi dare velit; de moliminibus ducis Wirtembergensis nihil sibi constare scribit et petit se de hac re et de rege Daniae [Christiano III] certiores reddi; quod rex Poloniae ei scripsit, contentum se declarat.*

*Cfr. El. XXXIX, NN. 1229, 1248, 1279.*

*(Adsunt 2 conc. Germ., HBA, B, K. 1174).*

*Ostpr. Fol., vol. 82, Heiml. Reg., ff. 193-201.*

Ahn Johannem Lasski, den I Junii anno 50.

Wir haben E.L. schreyben, zu Hamburgk den 25 Aprilis gegeben, ahm heyligen Pfingstag alhie zu Konigsspergk empfangen und erstlich eur widerwertigkeit, die ihr zur sehe gehapt, auch sonstn eure krangkeit, und wie es darumb gelegen, verstanden. Gonnen euch solchen unfahl und leibes beschwer nit und haben gern gehort, das es sich mit eurer schwacheit gebessert, den lieben Gott bittende, er wolle euch zu langen tagen in guter wolmogenheit zu der ehre seines heyligen nahmens lange erhalten, domit ihr des, so dises mals schwacheit halben zu schreiben vorpleiben mussen, hernach zum andern mal erstaden muget. Welchs wir, soviel nöttig, gewarten.

Der frolockung unseres vorehelicens thun wir uns gegen euch gnediglich bedancken. Wunschen euch, auch alle den euren solchs alles gedupeldt.

Das die beden potentaten, Franckreich<sup>1)</sup> und Englandt<sup>2)</sup>, vortragen, haben wir hertzlich gern gehort, den auch unsers erachtens solche einigung den christlichen handlungen sehr vortreglich. Dancken davor dem lieben Gott, das er als ein geber des fridens der frommen gebet angesehen und soweit geholfen, der wolle solch sein werck gesegnen und biss in ewigkeit creftig im rechten vortrauen erhalten. Amen.

Und ist unsers erachtens, das ein teil dem andern gefuget, nit unweisslich geschehen, seintemal sicherer auch mit ethwan eyнем schaden den frieden zu belieben, als die kriegsgefahr auszustehen. Und wirt auch geschrieben, das solcher fride auf hundert jhar bereidt und eins konigs handel den andern zugleich treffen sol, geschlossen. Was an deme und solchem mehr anhengig sein magk, bitten wir, soviel zimlich, eure mitteylung.

Sodan eure person gutt wissen haben, das wir vorgegangenes jhares bey ko.w. zu Englandt zu unserm merklichen oblichen eine somma geldes, nemlich 50.000 flor. uf genugsame pilliche versicherung zu lehnen ange sucht. Worauf uns durch unsern lieben freundt, graff Volradten von Mansfeldt, diese antwort einbracht, das itzundt in stehender vhelden mit Franckreich, bapst<sup>3)</sup> und Scotten den hern rethen nit thuelich, und domit zu wilfaren, wan aber die hendel zum vortrage gedihen, soldt es an deme, auch mehrerm, auf weyter anregen nicht mangeln. Wie sich dan der herr cardinal<sup>4)</sup>, protector<sup>5)</sup> und Pagetus zu solchem allem alsdan zu fordern und anzuhalten treulich zum freunt- und dienstligsten erpotten, und wiewol wir bey uns velleicht nit unnutzlich zu bedencken, es mochte die ko. cron ethwas mit den kriegen erschepft sein, so achten wir doch, das ihnen an solcher cleynen sommen nichts gelegen, uns aber domit gantz wol geholfen. Diweil nun von ihren l. auf den fal, wan frid worde, weiter anzuregen fur gut angesehen, haben wir schlissen mussen, ermelts nit zu erwegen und die ansuchung keins wegues hinden zu lassen. Gelangt demnach an eur person unser gnedigstes begeren, ir wollet umb unserntwillen soviel beschwer uf euch nehmen und auf beyligende credentz in unserm nahmen, so es nöttig, auch an ko.mt. selbst, zum wenigsten aber die andern h[err]n werben und in forma meliori, wie ihr euch nach gelegenheit zu schicken wissen werdet, bitten und handlen, das wo nit ein mehrers, doch zum wenigsten die vorwehneten 50.000 gulden uns uf nodtwendige gleiche und pilliche vorsicherungen geliehen und vorgestrecket werden mugen, und das solch geldt uns zu Dantzig oder alhier forderlich geliefert und auf ein jhar, 2 oder 3 gelassen werde. So wollen wir die vorsicherung thun und es also vorschaffen, das solch geldt ihrer ko.w. und dem reich gewisslich ohne abgangk auf

beredten termin zu Dantzig oder alhie dem englischen factor, oder wehme es ihre ko.w. haben und schaffen wollen, ohne vorzugk abgelegt und entrichtet werden solle. Soldt aber die somma, als wir der gegebenen vortröstung nach nit hoffen, nit zu erhalten sein, so wollet die bis uf 30.000 nidrigen und doch, das solche somma aufs hochste sie zu erhalten muglich, durch euch bey denen, die nutzlich dienen konnen und wollen, gehandelt und gefordert. Welches alles wir euch als dem vorstendigen, in denen wir unser vortrauen hiemit setzen, heimstellen, gnidigst sinnende, was ihr ausrichtet, uns forderlist, darnach haben zu richten, vorstendigen wollet.

Wir haben auch ein credentz an den hern protectorn aus denen ursachen schicken wollen, das wir nicht wissen, wie es mit seiner person itzundt nach gehaltenem vortrage und gestilleten sachen ein gelegenheit. Dan do sein person dem handel ethwas dienstlich sein mochte oder solte, wolten wir nicht gern ethwas vorlassen. Demnach, so es gefellig, habt ir ihnen zu ersuchen oder die credentz, deweil sonstens nichts mehr ahn ihnen geschriben, dem feur zu bevelen. Bevelen demnach aber und abermals diese sachen Gott und euch hoffende, do jhe was auszurichten, es solle durch euch besser, dan niemandts, zu vorrichten sein. Dan wie wir an eurem treuen fleiss nicht zweiflen, so hoffen wir auch des habhaft zu werden, an welchem ihr uns zu sonderm gefallen thut. Wollen es auch in gnaden nimmer vorgessen etc.

Das der junge hertzog von Wirtenberg<sup>6)</sup> ethwas wider Deutzschlandt vorhave, haben wir bissdohero nicht gehort, gewarten demnach, soviel zimlich, eure gutwillige mitteilung.

Was von Dennemarcken auch uns vorlauffen mag, ist wol an uns allerlei gebracht, aber wissen nicht, ob es dasselb, das ihr meynet, hirumb thut ihr uns sehr zu gefallen, wo ihr euch der muhe nicht beschweret und von allem weitleufigt uns vorstendigt.

Und ist Gott pillich dafur zu dancken, das er diss jhar Dennemarcken behuttet und den bösen rath zurstöret, der wolle hinfurter uf der armen bedruckten christen seiten sein un sie, wie er vorheischen, von allem ubel behutten und bewaren, doneben aber sein ehr und reich ermehren. Amen.

Das die ko.mt. zu Polen euch geschriben, hören wir gerne. Deweil aber den beden<sup>7)</sup> nicht leidlich, das eure briefe an uns gelangen, muss es Gott befohlen sein. Nit zweiflende, ihr habt als der vorstendige die ursachen bey euch zu erwegen, an welchen wir nit schuldt, dan der discipel ist nicht mehr dan sein meister. Und nimpt uns warlich wunder, das ko.mt. den beden hern die antwort, die Boyanovius euch zugeschriben, geborgen. Alles aber vormercken wir dohin gerichtet, das man euch domit aufzuzihen und aufzuhalten gedencke. Ob euch solch aufthalten leidlich, ist wol zu bedencken. Dan wie wir uns nicht anderst erinnern konnen, so ist eure condition in England auf pleibliches gestellet, welches velleicht nit uff wenigen gerichtet; daruber vorfallen mochte, ihr zwischen zweyen stulen, das wir euch jhe nit gern gonnen wolten, nider sitzen mochtet. Demnach wurdet ir als der vorstendige, ohn unser erinnern, die wege zu suchen wissen, domit nicht ungewisse vor das gewisse gewehlet. Und mag wol sein, das eure personen aus dem schreyben zum hoffen geursacht. Gott gebe, das sie die nicht betriege, welchs uns hertzlich leidt sein solte. Wollen auch Gott bitten, er wolle des konigs hertz also richten, leiten und furen, das es zu Gots ehren, erbreyterung seines lieben wortes und nahmens, gemeynem nutz und eurem besten gedeihe. Euch hiemit von Gott dem allemechtigen einen gluckseligen auszug, wolkomene gesundtheit und gluckselige überfahrt,

auch das es euch bedes, ahn sehl und leib, zum besten ergehe, wunschende  
 etc.

Do.Cancell.

- 1) *Henricus II.*
- 2) *Eduardus VI.*
- 3) *Iulus III.*
- 4) *Reginaldus Pole.*
- 5) *Ioannes Dudley, comes a Warwick.*
- 6) *Christophorus, filius Udalrici (Ulrici).*
- 7) *Samuel Maciejowski et Ioannes Tarnowski*  
(cfr. El. XXXIX, N. 1229).

N. 3483.

*E Regio Monte, 3.VI.1550.*

*Albertus dux in Prussia  
regi Angliae [Eduardo VI]  
se Ioanni Łaski quaedam ei referenda commisisse nuntiat et rogat, ut illi  
nomine suo loquenti plenam finem adhibeat negotiaque ipsi concredita  
promoveat.  
(Latine)  
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 55-56.*

N. 3484.

*E Regio Monte, 3.VI.1550.*

*Albertus dux in Prussia  
archiepiscopo Cantuariensi [Thomae Cranmer] et, mutatis mutandis, protec-  
tori [Ioanni Dudley comiti a Warwick] et Gulielmo Pageto  
litterae credentiales pro Ioanne Łaski.  
(Latine)  
Ostpr. Fol., vol. 54, f. 57.*

N. 3485.

*E Regio Monte, 3.VI.1550.*

*Albertus dux in Prussia  
Ioanni Dobrzykowski, succamerario Plocensi,  
pro novitatibus de legatione imperatoris Turcarum ad regem Poloniae et pleris-  
que aliis gratias agit et hortatur eum, ut et porro cognitu digna scribere  
pergat.  
(Latine)  
Cfr. El. XXXIX, N. 1244.  
Ostpr. Fol., vol. 54, f. 59.*

N. 3486.

S.l., 25.VI.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Bernardo Pohibel*

*pro litteris et novitatibus gratias agit; equos, de quorum missione in litteris  
scripsit, exspectat; rogat, ut nova scitu digna scribere perget.*

*(Germanice).*

*Cfr. El. XLIV, N. 43.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 91v-92.*

N. 3487.

S.l., 27.VI.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Bojanowski, secretario regio,*

*pro litteris, quibus de statu Comitiorum Regni et aliis se certiores reddiderat,  
gratias agit; dolet, quod ex auctoritate duorum dignitariorum omnia  
Regni negotia et rex ipse pendent; colloquio eius cum regina Bona valde  
se turbatum declarat et rogat, ut oblata occasione explorare tentet, quinam  
sint, qui sibi male velint; nuntiat quaedam sibi significata de impiis quo-  
rundam consilis in Germania, laborantium, "ut non tantum religioni  
noceatur, verum et totius Germaniae libertas in discrimen veniat".*

*Cfr. El. XXXIX, N. 1233.*

*Ostpr. Fol., vol. 82, Heiml. Reg., ff. 224-230.*

Stanislao Bojanowski, 27 Iunii anno 50.

Prioribus literis nostris iam obsignatis, alterae Generositatis Vestrae literae, 19 Iunii Petricoviae sciptae, ad nos perferuntur. Quibus quod nobis tam statum Comitiorum, quam pleraque alia veteri suo in nos candore et observantia communicat, summae Generositati Vestrae a nobis et habentur et aguntur gratiae. Ac dolenter quidem cognovimus saluti et utilitati Reipublicae ita frigide et negligentiter consultum iri. Faxit autem Deus, ne quod Generositas Vestra rerum Ungaricarum exemplo metuit, ad Regnum Poloniae redundet. Quae ut non levibus argumentis apparent, ita summopere deplorandum omnia Regni negotia, ipsum denique Serenissimum Regem, Dominum et consobrinum nostrum clementissimum, ex autoritate duorum illorum dignitariorum<sup>1)</sup> pendere. Precamur autem Deum, ut Maiestatis eius Regiae animum illuminet, ne ex unius aut alterius suasu, reclamantibus aliis omnibus, indecens quiddam regio muneri aut Reipublicae minus salutare decernat.

Ea, quae consiliarius noster Assuerus Brant ad nos perscripsit, talia esse videntur, ut rerum eventum Deo committendum existimemus.

Quod vero sermones Serenissimae Reginae<sup>2)</sup> cum Generositate Vestra habitos attinet, hi et merito animum nostrum afficiunt ac in variis cogitationes distrahunt sinistrique aliquid praesagire videntur, ita aequa ac pleraque alia divinae gubernationi remittenda ducimus, eius Maiestatem imploraturi, ut ipse partes nostras agat, nos protegat ac imminentia quo-

rumvis etiam malevolorum perniciosa conamina clementer avertat. Quod ut facturum certo persuasum nobis habemus, ita nihilominus fidei et subiectionis nostrae, Maiestati Regiae inclitoque Poloniae Regno debitae, memores esse nunquam intermitteremus. Clementer autem a Generositate Vestra cupimus, ut oblata occasione ac ea, qua novit, industria, rationes omnes tentet cognoscendi horum aliquid specificati. Quinam sint hi, qui male nobis velint, quibus de causis quave in re id tentent, omnesque circumstantias, quantum fieri poterit, a Serenissima Regina exploret nobisque porro significet.

De articulis ab Imperatore<sup>3)</sup> in conventu imperiali proponendis eadem, quae Generositas Vestra scribit, ad nos perferuntur. Orandus autem est Deus, ut quaevis consilia regat et gubernet, ne quid inde religioni ac Reipublicae incommodeatur. Id si obtineri non poterit, cruci subiectos nos esse oportere meminerimus, ea spe nitentes fore tandem, ut filius aeterni patris Ecclesiam suam, coetu piorum aliquo in loco delecto, tanquam Petri naviculam, in mediis fluctibus quibusvis etiam procellis et adversitatibus graviter hinc iactatam et afflictam, sit conservaturus.

Celare enim Generositatem Vestram nolumus hac hora per fide dignos nobis significatum esse, qua calliditate et consiliis non minus detestabilibus quam impiis laboretur, ut non tantum religioni noceatur, verum et totius Germaniae libertas in discrimen veniat et servituti subiiciatur. Esse enim eos, per quos haec fiunt, eius propositi, ut his non contenti b)satisfac-turi epigraphi in signum (plus ultra)<sup>b)</sup> Regnum Poloniae aliosque Principes et finitimos in potestatem suam sint conaturi. Ac ad extremum tandem autorem discordiarum omnium, Pontificem, cui iam, ut rem omnem eo facilius in effectum ducant votique compotes fiant, in tempus blandiuntur, subiugaturos coacturosque ipsos denique Episcopos, redditibus omnibus exutos, solo victu et amictu contentos esse debere decreturos, reliquos interim proventus et domiciiz) sibi hereditaria possessione adiectissez). Ut autem administratio episcopalnis munera eo fiat commodius, additur accersuros et in locum aliorum suffecturos esse Episcopos Italicos, quippe quod illi parvo dicantur esse contenti. Ac summatim eo respicere omnia idque agi tantum, ut sola et una penes eos sit monarchia et Orbis Christiani dominium. Haec Generositati Vestrae, tanquam intimo nostro ac homini sincero et candido, secretius communicanda duximus. Eventus ipse veritatem horum ostendet ac non a nobis excogitata esse probabit. Itaque cum constet sic Ecclesiam christianam fluctuari ac imperia cum politiarum inversione praesentem ruinam minari, eo magis magisque orandus est Deus, ut ipse divinitus piorum et bonorum omnium defensionem suscipiat. Itidem et nos assiduis nostris precibus contendimus, ut tribuni plebis istic apud vos id, quod ceperunt, feliciter tandem amplificando honori divino conficiant. Quos sermones quoque quidam ad nuntios nostros habuerit, relatione consiliarii nostri Assueri Brandt Generositas Vestra fortasse intellexit, aut mandato nostro adhuc ex eo cognoscet, unde liquet, quid porro spei nobis et reliquis incliti Regni membris reliquum sit. Rogatam autem Generositatem Vestram volumus, ut apud eos, qui frugi esse possunt, Deus agatz), ut quo erga nos quorundam ferantur animi, innotescat. Siquidem celare Generositatem Vestram nolumus, quemadmodum ex dicto consiliario nostro Generositas Vestra audiet, quod cum hactenus semper responsum nobis sit non agere quicquam S. Regiam Maiestatem per se, sed omnia decreta penes Senatum esse, quorum communi suffragio Sua Maiestas Regia deinde addat authoritatem, duximus tum sane quaedam gravamina nostra ad Senatum referenda esse. Quo facto statim novitatis et tectae

suspicionis a nonnullis insimulamur. Quae licet non parum nos, quippe nihil eiusmodi conscos, mordeant, tamen ferenda potius et Deo committenda putamus, quam ut inde quicquam fidei nostrae debitae remittere in animum ducamus.

[Quod] de rebus Ungaricis et Turcicis luculenter ad nos scripsit, habentur a nobis Generositati Vestrae gratiae, clementer cupientes, ut quod facit, porro etiam, si quae scitu digna cognoverit, nobis communicet.

De pecunia, Generositati Vestrae mutuo data, non est quod Generositas Vestra sit sollicita, quippe ea non indigeamus. Si enim Generositati Vestrae in eminentioribus gratificare possemus, nihil in nobis desideratum iri sibi Generositas Vestra persuadeat.

Ad extremum clementer petimus, ut Generositas Vestra nos excusatos habeat, quod haec propria manu non scripserimus.

a) *in ms. commodetur.*

b)-b) *sic in ms.*

z) *sic in ms.*

1) *cfr. El. XXXIX, N. 1233, p. 34.*

2) *Bona.*

3) *Carolus V.*

N. 3488.

S.l., 28.VI.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*castellano Bydgostiensi [Silvestro Kreikowski]*

*nuntiat se nihil intentatum reliquise, ut Martinus Koseler, iuvenis litterarum studiosus (ein student), qui tabellariorum eius amicum in Regio Monte interfecit, caperetur et puniretur, cum ipse homicida ex Ducatu suo Gedanum fugerit; notum facit se praemandata dedisse ad senatum Gedanensem, ut fugitivum caperent et amicis occisi iustitiam administrarent.*

*(Germanice)*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 92-92v.*

N. 3489.

*E Regio Monte, s.d., VI.1550.*

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Bojanowski, secretario regio,*

*litteras eius, per Ioannem a Werden missas, se accepisse nuntiat; pro scriptis novitatibus gratias agit; Deum orat, ut Comitia Regni regat et gubernet; Christophorum Gnojeński, "hominem de religione recte sentientem", priori valetudini restitutum iri confidit; rogat, ut Iacobo Secygnowski pro descripto sibi noviter invento cudendae monetae artificio gratias agat.*

*Cfr. El. XXXIX, N. 1232.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 58.*

*Stanislao Boianawski. Mixta.*

Generose, singulariter nobis dilecte.

Redditæ nobis sunt Generositatis Vestrae literæ, 2 Iunii Pietrocoviae scriptæ. Quarum exordio certior fieri cupit, utrum literas per strenuum Ioannem a Werden ad nos missas acceperimus. Quas accepisse nos Generositas Vestra sciat. De reliquis negotiis et rebus luculenter ad nos scriptis, ut earum cognitio nobis iucunda fuit, ita eas, quas debemus, pro hoc Generositatis Vestrae in nos studio agimus gratias. Ac primo quidem Deum precamur, ut ea, quae Generositas Vestra de Regni Comitiis scribit, regat, gubernet et ad nominis sui gloriam Reipublicæ et Ecclesiae salutaria esse velit.

Adversam valetudinem Christophori Gnoienski, hominis de religione recte sentientis, ut dolenter intelleximus, ita divinitus eum priori restitutum iri incolumitati non diffidimus.

Quod descriptionem artificii cudendæ monetae, noviter inventi et per Iacobum Zegniowski<sup>a)</sup> nobis missi, attinet, eo nomine ut dicto Zegniowskia) Generositas Vestra gratiam agat, clementer cupimus, idque addat, ut quod propensissima in nos animi affectione cepit, porro ne intermitat, verum nos literis suis saepissime invisat. Datus nos vicissim esse operam, ne eum huius diligentiae poeniteat. Itidem ut Generositas Vestra digna cognitu nobis, quantum eidem integrum erit, crebro communicare perget, etiam atque etiam clementer contendimus. Fecerit in eo Generositas Vestra rem nobis gratam ac vicissim demerendam etc. Datae Regio Monte.

A. Muntzer.

a)-a) *in margine.*

N. 3490.

E Regio Monte, 5.VII.1550.

*Albertus dux in Prussia  
episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski]  
pro litteris gratias agit; negotia sua commendat.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 59-60.*

N. 3491.

E Regio Monte, 5.VII.1550.

*Albertus dux in Prussia  
episcopo Culmensi [Stanislao Hosio]  
litteras eius de exitu legationis suae [ad imperatorem Carolum V et Ferdinandum I regem Romanorum peractae] se accepisse, termas tamen ad se datas litteras, quarum facit mentionem, ad se non pervenisse nuntiat.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 60-61.*

N. 3492.

[*E Regio Monte*], 7.VII.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Wunsam, civi Cracoviensi,*

*mandat ei, ut summam 1000 florenorum, a Stanislao Cikowski sibi debitam,  
nomine suo ab ipso Cikowski accipiat et solutae pecuniae apocham ("eine  
quitantz") illi tradat (sed non prius, quam totam summam ab illo acce-  
perit).*

(*Germanice*)

*Cfr. El. XLV, NN. 88, 89, 90.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 93-93v.*

N. 3493.

*E Regio Monte*, 9.VII.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Jabłoński*

*pro stipendio numerato tanta gratiarum actione opus non fuisse nuntiat; pro-  
mittit se eum certiore facturum esse, quam negotiis suis obeundis extra  
eam, quam iam habet, armaturam praeparare debeat.*

(*Latine*)

*Cfr. El. XXXIX, N. 1236.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 62-63.*

N. 3494.

*E Regio Monte*, 15.VII.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Bonae reginae Poloniae*

*pro Matthaeo Hein, cum Andrea Napretzki (sic in ms.), tenutario reginae in  
Grodnitz (Grodnica?), ratione siliginis, ex contractu emptionis sibi debi-  
tae et nondum adiectae, causam habente, intercedit.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 61-62.*

N. 3495.

*E Regio Monte*, 17.VII.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, capitaneo Samogitia, ro-  
gat, ut mandatariis suis quadringentos boves pro necessitate castri sui  
Memelensis ex Samogitia libere, sine vectigalium solutione, expellere  
liceat.*

(*Latine*)

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 66-68.*

N. 3496.

E Regio Monte, 20.VII.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*de violenta irruptione cuiusdam Iacobi Kosobrodzki (Cossobrotzki), Masovitae, cum triginta equitibus nocturno tempore in villam quandam districtus sui Dzialdoviensis facta, queritur et rogit, ut eiusmodi audaciam huius et aliorum subditorum regiorum Masoviensium coerceat refrenetque.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 63-64.*

N. 3497.

S.l., 20.VII.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Bonae reginæ Poloniae*

*pro litteris et salutatione gratias agit et nuntiat in noto negotio (matrimoniali) actionem iam esse institutam et responsum propediem a duce Brunsvicensi datum iri sperat.*

*Cfr. El. XXXI, NN. 498, 499.*

*Conc., HBA, B, K. 1174 (in Ostpr. Fol. deest).*

Serenissima Regina, Domina Clementissima.

Redditæ mihi sunt Sacrae Reginalis Vestrae Maiestatis literæ, quibus et prosperam valetudinem et felicia quaevi mihi precatur, ac quid in negotio, per Generosum Martinum Volsky nomine S. Reginalis Vestrae Maiestatis ad me relato, confecerim, certior fieri cupit. Ac primum quidem reverenter S. Reginali Vestrae Maiestati pro salute dicta et fausta omnium comprecatione aguntur a me gratiae, vicissim S. Reginali Vestrae Maiestati omnia fausta reprecans.

Quod vero negotium, de quo scribit, attinet, celare Maiestatem Vestram nolo apud utrosque Duces<sup>1)</sup> institutam iam esse actionem. Quid autem confectum sit, propediem eius me certiorem redditum iri existimo, licet perlatum ad me sit Dominum Ducem Brunsvicensem esse in apparatu et expeditione bellica in nobilitatem suam et urbem Brunsvigam, quibus cum Illustratissima Suae controversia esse dicitur, ut quominus maturetur responsio, haec impedimento esse. Apud alterum vero moram ex locorum distantia duci putem. Quamprimum autem eius ad me aliquid relatulum fuerit, citis id ad S. Reginalem Vestram Maiestatem itineribus perferendum curabo. Si qua enim ex parte pro singulari mea in S. Reginalem Vestram Maiestatem et observantia et fide gratificari potero, neque studio neque diligentiae in hoc meae quicquam desiderari sinam. Quod ut persuasissimum sibi S. Reginalis Vestra Maiestas habeat, etiam atque etiam oro. Quam felicibus fruentem successibus una cum Serenissimis filiabus divinae protectioni officiosissime commendo. Datae.

In dorso: Reginæ Poloniae, 20 Iulii.

1) Ioannes marchio Brandenburgensis et Henricus dux Brunsvicensis.

N. 3498.

E Regio Monte, 20.VII.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Iacobo Przytuski, notario castri Premisliensis,  
pro iis, quae de Regni et Comitiorum negotiis sibi communicavit, gratias agit  
censemque ea ad dispositionem divinam remittenda esse; rogat, ut porro  
rerum Polonicarum statum sibi perscribere perget.*

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1234.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 64-65.

N. 3499.

E Regio Monte, 20.VII.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Bojanowski, secretario regio,  
litteras eius, 24.VI.datas, "quo in statu res Poloniae versentur" sibi nuntian-  
tes, se accepisse significat hortaturque eum, ut porro scribere non desinat.*

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1235.

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 65.

N. 3500.

E Regio Monte, 27.VII.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae  
rogat, ut mandatariis suis, ad emendos boves pro necessitate castri sui Memel-  
ensis in Samogitiam missis, concedatur facultas quadringentos boves a  
vectigalibus liberos in Prussiam ducendi.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 66.

N. 3501.

S.l., 6.VIII.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Bonae reginae Poloniae*

*marchionem Ioannem cum duce Brunsvicensi [Henrico] de noto negotio (scil.  
matrimonii unius ex filiis ducis cum reginula Sophia) tractasse significat  
et putat "vix spei aliquid hac ex parte istic reliquam esse"; nihilominus  
operam suam ea in re offert.*

(Annexum: responsum negativum Henrici ducis Brunsvicensis Ioanni  
marchioni Brandenburgensi datum).

Conc., HBA, B, K. 1174. (Adest conc. Germ., ex quo haec versio facta est).

Serenissima Regina, Domina Clementissima.

Quandoquidem non ita pridem datis ad Sacram Reginalem Vestram Maiestatem literis, a) nondum mihi constare scripsi, quida<sup>a</sup>) in eo negotio, de quo per Generosum Martinum Volsky mecum egit, per Illustrum Dominum Ducem Marchionem Ioannem, consanguineum meum charissimum, confectum esset, reperimque me, quamprimum quid ea de re acciperem, ad notitiam S. Reginalis Vestrae Maiestatis deducturum, nunc a) hisce diebus ab Illustritate Sua in hanc fere sententiam mihi significatura<sup>a</sup>): Egissem Illustratatem Suam iam antea cum Domino Duce Brunsvicensi huius negotii nomine, et quidem enixe, eo tempore, cum a) Magnificus Dominus Achatius Zema, Palatinus Marienburgensis, cum Illustritate Sua de eadem re contulisset<sup>a</sup>), omnino sibi persuadens, amicitia inter utrasque Illustritates tum adhuc salva et integra nec, ut nunc, vacillante, aliquid frugis factura fuisse. Obtigisse autem Illustrati Suae civilem abnegationem, videlicet non opus esse, ut hoc Illustritas Sua nomine laborem aut curam aliquam sollicitam subiret, quemadmodum ex adjuncto literarum exemplo S. Reginalis Vestra Maiestas liquido cognoscet. Itaque non videre Illustratatem Suam, si tum, cum salva adhuc essent omnia, nihil profecisset, qua ratione nunc, cum alieniores nonnihil facti inter eos sint animi, negotium hoc tentare comode possit. Ac petere per amice Illustratatem Suam, ut, cum eam minime deceat repulsa semel accepta rursus istic aliquid, quod ex re Serenissimorum Reginularum esse possit, aggredi, excusatam [se] habere velit. Idcirco, Serenissima Regina, cum sic se res habeat, deque praesentis saeculi iniquitate ac mihi quoque non usque adeo bene cum dicto Duce Brunsvicensi convenire ad S. Reginalem Vestram Maiestatem perscripserim, appareatque Dominum Ducem Brunsvicensem nolle aliquam huius negotii per Dominum Ducem Marchionem actionem admittere; denique cum priora hac in re responsa, quemadmodum S. Reginalis Vestrae Maiestati constat, late pateant, eo respicere videntur omnia vix spei aliquid hac ex parte istic reliquum esse. Tamen ubi S. Reginalis Maiestas, his non contenta, porro quid in hoc negotio agendum censuerit, eius per literas a S. Reginali Vestra Maiestate certior factus, me promptissimum offero et talem sane, ne studio et diligentiae meae me pepercisse S. Reginalis Vestra Maiestas intelligat. Quibus eam cum Serenissimis filiabus longa divinitus incolumitate et rerum felicissimarum successibus donari exopto. Datae.

Ex Germanico.

a)-a) *in margine.*

Annexum: *Henricus dux Brunsvicensis Ioanni marchioni Brandenburgensi, 7.III.1549.*

Officia nostra amica et quicquid grati praestare possumus.

Illustris Princeps, Nepos, Affinis et Fili Charissime.

Accepimus Illustratatis Vestrae literas, Custrini feria sexta post festum Mathiae<sup>1)</sup> manu Illustratatis Vestrae propria scriptas, easque probe intelleximus. Et quidem non negamus Reverendum Dominum Cardinalem Augustanum<sup>2)</sup> proximis Imperii celebratis Comitiis sermones nonnullos ratione filiorum nostrorum (verum nihil determinati) nobiscum contulisse. a) Variis autem rationibus<sup>a</sup>) ducti, b) non opus esse arbitramur<sup>b)</sup>, ut Illustritas Vestra hoc nomine laborem aut curam aliquam sollicitam subeat. Grato interim accipimus animo studium Illustratatis Vestrae nobis oblatum. Cui vicissim

amica nostra officia deferimus. Datae Wolfenbutel feria quinta post Esto mihi anno 49.

Henricus Dei gratia Dux Brunsvicensis et  
Luneburgensis manu propria.

- a)-a) *suprascriptum pro expuncto*: Iustis autem de causis
  - b)-b) *suprascriptum pro expuncto*: nolumus
- 1) *I.III.1549.*
  - 2) *Otto Truchsess.*

N. 3502.

[*E Regio Monte*], 7.VIII.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Preciao Gnojeński, capitaneo Grodecensi,  
filium eius, morbo capitis laborantem, se per duos adhuc menses, usque ad  
plenam eius sanationem, apud se retenturum esse et tunc demum sanum  
ad eum missurum*

*Cfr. El. XXXIX, N. 1242.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 94-94v.*

An Preczlaw Gnoinsky, den 7 Augusti etc.

Ernvhester, lieber, besonder.

Wir haben ewer schreyben, die abforderung ewers sohnes belangende, empfangen und inhalts lesende eyngenommen. Thun uns erstlichen des wunschens und e.l. erbiettens in gnaden bedancken. Soviel aber e. sohn belanget, wollen wir euch nicht bergen, das wir denselben bey uns bisher in allen gnaden erhalthen. Dieweil ehr dann, wie euch wisslich, ein mangel am heupt gehabt, welchs ime zu theil durch sein selbst nicht wollen bisher nicht khonnen geheilet werden, doch haben wir vor wenig zeiten eynen bekommen, der ime umb ein genandt geld, darumb wir inen angedinget, zu helfen zugesagt und, Gott lob, so geholfen, wie wir das itzo selbst gesehen, darob Gott zu dancken. Es zeyget aber der artzt an, das er noch 2 monatt mit ime zu thun, domit er ine so heyle, das ehr durch verwarnung, und weil ers als eyn junger gesel nit achten mochte, nicht wider schadhaft werde und wir das geld, darumb wir inen verdinget, nicht vergebens geben dorften, und ir einen gesunden sohn widderumb bekommen mochtet. Derwegen wir denselben seynes selbst bestes halben die obgemelte zeit über noch alhie zu vorharren vor gut angesehen. Nach vorlaufung aber solcher zweyen monatt mochtet ir euern knecht wider herschicken, so wollen wir inen alsdan absfertigen und euch unweygerlich zusenden, hofflich, ir werdet solchs aus etzlichen ursachen dohin auch wenden lassen, anmerckende, was ditzfals geschicht, euch zu gnedigem gefallen und ewerm sohn zum besten beschicht. Dann do wir euch viel gnediges willens zu erzeygen wusten, wollen wir uns gegen euer person in allen gnaden vorhalthen, und wolthen euch solchs auf ewer schreyben zu antwort nicht pergen. Datum.

And. Muntzer.

N. 3503.

E Regio Monte, 8.VIII.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae  
filium Preclai Gnojenski, scabie laborantem, se post duos menses ad patrem  
remissurum esse nuntiat.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 68-69.*

*Regi Poloniae, VIII Augusti.*

*De filio Gnoyenski, quod eum ad patrem missurus sit post duos men-  
ses.*

*Serenissime Rex etc.*

Accepi S. Regiae Vestrae Maiestatis literas, quibus a me postulat olim mihi per Maiestatem Vestram commendatum Pretlai Gnoinski filium ad parentem suum remitti. Cuius commendationis memor adhuc sum puerumque hunc, qui nunc adolevit, propter dictam commendationem S. Regiae Vestrae Maiestatis, parentemque suum honestissimum summa clementia prosequutus sum. Cum autem ex scabie capitis hactenus laboraverit ac sua ipsius culpa curari non potuerit, tamen non ita pridem illi a me certo pretio conductus est medicus, qui eius cura suscepta radicem scabiei fere iam sustulit eumque ad sanitatem, quemadmodum ipse vidi, perduxit. Quandoquidem autem idem medicus duobus adhuc mensibus sibi opus esse indicat, ut curam absolute, ne vitium hoc per negligentiam patientis recrudescat, conficiat, neve inutiles fecisse sumptus viderer, duxi eum tam diu hic adhuc suo ipsius commodo retinendum esse. Elapso autem spatio duorum mensium, tunc missione illi facta, redire ad parentem non recusabo. Quod meum studium, tam S. Regiae Vestrae Maiestatis placito, quam ipsius adolescentis commodo susceptum, ut S. Regia Vestra Maiestas clementer accipiat moramque hanc admittat, oro. Alioquin in rebus multo maioribus ad postulata S. Regiae Vestrae Maiestatis obligatum me agnoscō. Cui haec respondenda existimavi eamque feliciter valere exopto. Datae Regio Monte.

Commissio Principis propria  
A. Muntzer.

N. 3504.

E Regio Monte, 8.VIII.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Ochabski*

*rogat, ut pro subdito suo Alberto Russau apud reginam Bonam operam inter-  
ponat, ut eo facilius et commodius ligna in silvis reginalibus elaborare  
possit.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 76-77.*

N. 3505.

E Regio Monte, 14.VIII.1550.

*Albertus dux in Prussia  
Sigismundo Augusto regi Poloniae  
in causa Ioannis Spille de lignis cum quibusdam civibus Caunensibus habita.  
(Latine)  
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 69-71.*

N. 3506.

E Regio Monte, 18.VIII.1550.

*Albertus dux in Prussia  
episcopo Plocensi [Andreae Noskowski] et, mutatis mutandis, palatino Plo-  
censi [Felici Srzeński]  
diem Nativitatis B. Virginis Mariae (8.IX.) regundis inter Prussiae et Masoviae  
Ducatus finibus transigendisque utrinque pendentibus iniuriis constituit.  
(Latine)  
Cfr. El. XXXIX, N. 1256.  
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 72-73.*

N. 3507.

E Regio Monte, 19.VIII.1550.

*Albertus dux in Prussia  
Sigismundo Augusto regi Poloniae  
pro ternis litteris gratias agit et nuntiat se, "nisi inevitabili necessitate pree-  
peditur", ad investituram feudi accipiendam ad regem venturum; non  
dubitabit regem ius, quod sibi in terras Prussiae competit, defensurum esse.  
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 79-80.*

Regi Poloniae, XIX Augusti.

Respondet ad ternas S. Regiae Maiestatis literas, quod vide.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrini Charissime.

Ternas accepi a S. Regia Vestra Maiestate literas, quarum unis mihi ad investituram Ducatus Prussiae diem sanctae Catherinae praestituit, ac quid per legatum<sup>1)</sup> denovo apud Sacram Imperatoriam et Regiam Romanorum Maiestates<sup>2)</sup> expediri mandarit, significat; alteris liberum boum ex Samogithia ductum concedit; tertii Iacobo Cossobrotzki, ut se in officio contineat, mandare dignata est. Quorum omnium nomine debitae S. Regiae Vestrae Maiestati aguntur gratiae. Ac primum quidem, quod feudi collationem attinet, daturus sum operam, ut nisi inevitabili necessitate preepeditus, quod officii mei fuerit et partibus fidelis vasalli minime defuisse videar.

Cura quoque S. Regiae Vestrae Maiestatis in transactione negotii Prutenici ut maxime et debita reverentia mihi probatur, ita Deum precor, ut res bonis avibus cepta melioribus finiatur, nec dubito, cum id negotii S.

Regiam Vestram Maiestatem praecipue concernat sitque eius propria, eo intentam fore, ut quam possit rectissime ius, quod sibi in terras Prussiae competit, sit defensura. Si quid ad ea per me quoque literarum monumentis conferri posset (quorum tamen penes me est nihil), praestarem id quidem oppido et lubens. Sola enim S. Regiae Vestrae Maiestatis <sup>a)</sup>parentis pientissimi et Maiestatis<sup>a)</sup> nunc denuo Vestrae investitura nitor. Interim tamen consilium meum qualemcumque S. Regiae Vestrae Maiestati defero, quo si ex re sua S. Regia Vestra Maiestas commode se uti posse animadverterit, nihil in me, quantum honesti ratio rerumque mearum condicio tulerit, desiderari patiar, praecipue in quibus S. Regiae Vestrae Maiestati praesto esse debere obligor. Atque his S. Regiam Vestram Maiestatem feli- cissima et diuturna incolumitate donari exopto. Datae Regio Monte.

Ex relatione Cancellarii  
idem audivit.  
A. Muntzer.

a)-a) *in margine.*

1) *Stanislaus Hosius.*

2) *Carolus V et Ferdinandus I.*

N. 3508.

*E Regio Monte, 19.VIII.1550.*

*Albertus dux in Prussia  
pastori Ioannisburgensi*

*concedit ei facultatem in Ducatu suo, ubi et quamdiu velit, morandi et cupid,  
ut se saepius litteris invisat, "rerumque et vitae suaे statum ac condi-  
tionem" sibi communicet.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, f. 72.*

N. 3509.

*E Regio Monte, 20.VIII.1550.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae et, mutatis mutandis, episcopo [Samueli  
Maciejowski] et castellano [Ioanni Tarnowskij] Cracoviensibus  
pro Antonio Lewaldt, capitaneo Licensi, et Michaele Eysack, Stradaunensi, ut  
in causa, quam cum Iacobo Bielonka, cive Lomzensi, habent, eis iustitia  
administretur.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 73-74.*

N. 3510.

*E Regio Monte, 26.VIII.1550.*

*Albertus dux in Prussia  
palatinae Plocensi [Barbarae de Kościelec Srzeńska]  
rogat, ut oblata occasione reginae et reginulis Poloniae pro salutatione et tanta  
in se clementia nomine suo gratias agat eandemque reginam et reginulas  
vicissim salutet.*

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1251.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 75-76.

N. 3511.

*E Regio Monte, 28.VIII.1550.*

*Albertus dux in Prussia  
Bona regiae Poloniae  
pro subdito suo Alberto Russau intercedit, ut ei regina commodiorem usum  
silvae cuiusdam concedat, in qua cum quibusdam sociis ligna ex quercu-  
bus, maiora et minora, elaborare possit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 77-78.

N. 3512.

*[E Regio Monte], 29.VIII.1550.*

*Albertus dux in Prussia  
Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,  
sperat fore, ut ad investituram feudi accipiendam se in persona Cracoviam  
conferat et regem sibi benevolum inveniat.*

(Schedula: de aliquot Lubecensium navibus in Livoniam profectis).

Cfr. El. XLIII, N. 89.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 95v-97.

Ahn Gabrieln Therla, den 29 Augusti etc.

Ernvhester, lieber, besonder.

Wir haben ewer schreyben empfangen und inhalts eyngenhommen.  
Thun uns des bescheenen erbiethens und allerley mitgetheilther zeytung  
gegen euer person in gnaden bedancken, und soferne uns ehehaft ader  
gefährlich leufte nit abhalthen, seindt wir vermittelst gotlicher gnaden,

ewerem rathe nach, uns auf die belehnung zu ko.mt. eygener person zu begeben entschlossen, dann wir hochgedachte ire ko.mt. noch eynmahl vor unserm abschiede gern sehen mochten, so stellen wir auch in keynen zweyfel, ir ko.mt. uns des vielfeltigen durch euch angesagtes uns schriftlich vermeldetes koniglichen gnedigen erbithens ersprusslich genossen zu haben werde befinden lassen, unser gnediger her seyn und pleiben, auch in der that ir konigliches gemuts dermassen gegen uns sehen lassen, wie wir dann hinwidderumb uns gegen ir ko.mt. und die lobliche Kron, vermoige der vertrege, als der gehorsame underthenige lehensfurst zu erzeigen, ider zeit willig befunden werden wollen, in gnaden ahn euch begerende, uns ferner, soviel zimlich, wie alle hendel gelegen und wess des cardinals von Augspurgk<sup>1)</sup>, do er ankommen worde, gewerbe, mitzutheilen unbeschwert zu seyn.

Solchs seindt wir mit allen gnaden gegen euer person, der wir diess auf ir schreyben in antwort nicht pergen mochten, zu erkennen gewogen.

### Cedula

Hierneben mogem wir euch in gnaden nicht pergen, das uns allerley warnung von unsern hern und freunden vertreulich zukommen, als sollen etzliche schiff von Lubeck nach Eyffland mit volck abgesiegelt seyn, darob uns dannoch unser thun in gute acht zu nhemen gerathen.

Derwegen wir, was ahn solchen grundtlich zu erkunden, vleissige kunschaft geleget, in welcher uns diese gelegenheit, wie ir inliegend zu ersehen, einbracht, und obwol solche anzahl nicht fast gross, sich auch, do sie nicht gestercket, dafur so hart nicht zu furchten, so gibt uns doch das allerley bedencken, weil sie die strassen nach Littawen und Preussen am strande vleissig bereiten lassen. Dann wo gedachtes volck irem vorgeben nach wider den Muscovitter gebracht werden solt, der orth eyniger besichtung nit notigk. Welchs wir euch der ursach unangezeigt nicht lassen, domit, ob es vor gutt von euch angesehen, solchs kor mt. disfals an der littawische[n] grenitz gutte aufacht zu legen, anzuzeygen hettet und nitt irgendt irer ko.mt. ader derselben landen und leuthen unverwarnet eyniger schade ader nachteil zugefuget. Datum ut in literis etc.

Andreas Muntzer.

1) *Otto Truchsess.*

*N. 3513.*

*[E Regio Monte], 29.VIII.1550.*

*Albertus dux in Prussia*

*Bernardo Pretwicz, capitaneo Barensi,*

*appropinquante iam hieme, inconsultum censem coemptos ab eo boves nunc sibi mittere; rogat tamen, ut equos Turcicos sibi quam celerrime transmit-tendos curet.*

*(Germanice)*

*Cfr. El. L, N. 546.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 95-95v.*

[E Regio Monte, 30.VIII.1550.]

*Albertus dux in Prussia  
episcopo Cracoviensi [Samueli Maciejowski]  
pro benevolentia et studio, in litteris sibi significato, gratias agit; comiti a  
Mansfelt ["capitali inimico Caesareae Maiestatis", v. El. XXXIX, p. 75]  
se nunquam receptum dedisse et hac in parte insontem se accusari asserit.  
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 80-81.*

Episcopo Cracoviensi, XXX Augusti.

Agit gratias pro literarum missione et excusat se de eo, quod dictum fuit se Comitem a Mansfelt receptasse.

Reverende in Christo Pater, Amice ac Frater perchare.

Redditæ nobis sunt literæ R. Vestrae Paternitatis, per cubicularium regium huc allatae, unde cognovimus R. Paternitatem Vestram pro ea, qua fertur in nos benevolentia et significatione studii et amoris erga nos sui, nuntium hunc sine R. Vestrae Paternitatis literis ad nos vacuum ire non passam. Quem in nos animi propensissimi affectum, ut amica ac fraterna gratiarum actione prosequimur, ita vicissim mutua studia R. Paternitati Vestrae deferimus. Quod vero in iisdem literis R. Vestra Paternitas annexit admonitam se esse secreto, displicere Imperatoriae Maiestati Comiti a Mansfelt a nobis receptum datum esse, facile quidem patimur nos insontes ita traduci, verum id ingenue fatemur eiusmodi factum a nobis esse nihil, nec conspectum nobis esse dictum Comitem, nisi quod anno superiore per Ducatum hunc nostrum iter faceret, ubi nobis saltem salutatis moram eum aliquam hic duxisse minime probari poterit, ita ut in eo culpandi minime videamur. Quamobrem amice petimus, ut sicubi talem nostri mentionem fieri contingat, partes nostras tanquam culpa vacantis agat. Quod facturam R. Paternitatem Vestram esse minime dubitamus eamque hisce felicissime valere percupimus. Datae Regio Monte.

A. Muntzer.

[E Regio Monte], 30.VIII.1550.

*Albertus dux in Prussia  
Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,  
rogat, ut summam 500 aureorum, quam in emendos equos et in viaticum legatorum suorum expenderat, ex annuo suo stipendio (4000 aureorum), a thesaurario Marienburgensi (cui apocham se iam misisse nuntiat) sibi persolvendo, deducat et acceptae pecuniae (500 aureorum) apocham ei tradat.  
(Germanice)  
Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 97-97v.*

N. 3516.

E Regio Monte, 1.IX.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Wunsam, civi Cracoviensi,*

*nuntiat residuum debitae ei a se pecuniae a Ioanne Nimpesch nomine suo*

*Petro Horning Vratislaviae numeratum esse.*

*(Schedula: vina Hungarica sibi emi et transmitti iubet).*

*(Germanice)*

*Cfr. El. XLV, N. 90.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 97v-98v.*

N. 3517.

E Regio Monte, 3.IX.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Bonae reginae Poloniae*

*pro subdito suo Augustino Feierabent, cum nobili Ivano Wołłowicz ratione*

*trium sexagenarum lignorum negotium habente, intercedit.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXI, N. 508.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 81-82.*

N. 3518.

E Regio Monte, 11.IX.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Gliczner, parocho Ortelsburgensi,*

*dispositionem episcopi Pomesaniensis, ut parochiam in Passenheim, nondum*

*ei determinate collatam, ob linguae Germanicae ignorantiam relinquat et*

*se Ortelsburgum (Szczytno) conferat et illic verbi divini ministerio funga-*

*tur, se plene approbare nuntiat.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 82-83.*

Nicolao Glicznero, parrocho Ortelspurgensi, XI Septembbris.

Iniungit parocho, ut se Ortelspurgum conferat ibique ministerio verbi  
Dei praesit.

Venerande, fidelis, dilecte.

Cum non ita pridem in vestro negotio, de quo nobis supplicabatis, ad Capitaneum nostrum in Ortelspurgk scripsissemus, celare vos nolumus hisce diebus nos literas a Reverendo amico, consiliario et fidei nobis dilecto Paulo Sperato, Episcopo Pomezaniensi, accepisse. Quarum ea est summa, quod vobis conditio parochialis in Passenheim<sup>1)</sup> nondum determinate collata hactenus fuerit, nec vos eo loci illia<sup>a</sup>) muneri propter ignorantiam linguae Germanicae commode et ex usu oppidanorum praefici posse,

sed decretam vobis hanc ob causam esse parrochiam in Ortelspurgk, ubi et ex omni parte honestissima vobis provisio facta sit, et maior fruge istic, quam in Passenheim, ministerio verbi divini fungi vos posse.

Itaque ordinationem dicti Episcopi Pomezaniensis, et quod vos Ortelspurgum vocaverit, et quod alterum ecclesiae in Passenheim praefecerit, minime improbare voluimus, sed eam pro rata habemus. Quare mandamus vobis, ut huic ordinationi pareatis vosque Ortelspurgum conferatis, vestroque officio in ministerio ecclesiastico ita, ut decebit (quemadmodum nullum nobis de vobis est dubium), diligenter praesitis. Sic vicissim confore persuasum nobis habemus, ut ii, quibus praefecti estis et quorum animae vobis commissae sunt, sese erga vos gratos et debita observantia sint exhibituri. Atque haec, ut quid faciendum vobis sit, celare vos nolumus. Datae Regio Monte.

- a) *in ms. illo*  
1) *pol. Pasym.*

N. 3519.

E Regio Monte, 16.IX.1550.

*Albertus dux in Prussia  
consulibus et senatui civitatis Caunensis  
pro Ioanne Zisemann, subdito suo, qui ante aliquot annos non parvam pecuniae summam (scil. centum sexagenas monetae Lithuaniae) in exstructionem praetorii Caunensis eis mutuo dederat, intercedit et rogat, ut iustum tandem debiti solutionem ab ipsis consequatur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 84-85.

N. 3520.

E Regio Monte, 18.IX.1550.

*Albertus dux in Prussia  
palatino Plocensi [Felici Srzeński]  
pro Ioanne Boliński, subdito suo, cuius rustici profugi in Masovia detinentur, intercedit et postulat, ut iidem subdito suo restituantur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 85-87.

N. 3521.

E Regio Monte, 19.IX.1550.

*Albertus dux in Prussia  
capitaneo Caunensi  
pro Ioanne Zisemann, subdito suo, qui ante aliquot annos proconsuli et consulibus Caunensibus in exstructionem praetorii centum sexagenas monetae Lithuaniae mutuo dederat, intercedit, ut iustum debiti solutionem ab ipsis tandem consequatur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 83-84.

N. 3522.

[E Regio Monte, 20.IX.1550.]

*Albertus dux in Prussia  
episcopo Plocensi [Andreae Noskowski] et, mutatis mutandis, palatino Plo-  
censi [Felici Srzeński]  
nuntiat se intellexisse causas, propter quas conventui regundis finibus indicto  
adesse non potuerint; hortatur eos, ut cessante peste hoc negotium termi-  
nandum curent.*

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1256.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 87-88.

N. 3523.

[E Regio Monte], 20.IX.1550.

*Albertus dux in Prussia  
Gabrieli Tarlo, vexillifero Sandomiriensi,  
rogat, ut servitori suo Connrado Truchsess, ad paranda deversoria et omnia ad  
iter suum Cracoviam faciendum necessaria praemisso, litteras liberi pas-  
sus et commendaticias ad omnes officiales regios a rege impetrandas  
curet.*

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 99-99v.

An Grabieln Therla, den 20 Septembbris.

Nachdem wir euch hiebevorn vermeldet, das wir vermittelst gotlicher gnaden den angesatzten tagk zur belehnung, do wir durch ehehaft nicht behindert, persönlich zu ersuchen entlichen entschlossen, als haben wir kegenwertigen den erbarn unsern lieben getreuen Cuntz Truchses, derorth vor uns und die unserigen herberge, stallung und anders einzunhemen und zu bestellen, abgefertiget. Gelanget demnach ahn euch unser gnediges begeren, gedachten Trochses auf seine anzeigen ditzfals furderlich zu erscheynen, und nachdem wir wegen der sterblichen luft vermutlich an den gewonlichen strassen zu reysen behindert, und uns auf andere wege, do dann villeicht vor uns und unsere mithabende wegen der ungelegenheit, notturft an futter und anderm schwerlich zu bekommien sein wirt, begeben werden mussen, ist auch unser gnediges begeren, unbeschweret zu seyn, solchs koniglicher mt., unserm gnedigem hern und freundlichem lieben ohmen, zu vormelden, damit gedachtem unserm diener ein offener bevelchbsbrief an alle und jede konigliche amptlewthe und andere lauthende gegeben, vermittelsts welches er uns in seynem zuruekzuge umb soviel ehr und besser allerley notturft derorth, do wir unsren zugk hindurch nhemen mochten, umbs geldt bestellen konne, wie ir dan dessen und warauf gedachtes offnes mandatt weiter und mher zu stellen, von ime allerley bericht zu entpfaen, euch in deme unserer gnedigen zuvorsicht nach guttwillig erzeygen. Solchs gereicht uns von euch zu gnedigem gefallen, in gnaden widderumb zu erkennen. Datum ut supra.

Ex relatione Cancellarii.  
And. Muntzer.

N. 3524.

S.l., 26.IX.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Bojanowski, secretario regio,*

*Assuerum Brandt, capitaneum Tapiensem, consiliarium suum, quibusdam  
cum mandatis ad eum mittit et rogat, ut ei plenam fidem adhibeat.*

(Germanice)

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 99v-100.*

N. 3525.

S.l., 29.IX.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Bojanowski, secretario regio,*

*hortatur eum, ut, si adhuc fieri possit, ad se venire velit vel saltem, si se in per-  
sona invisere nequeat, de rerum statu in Polonia sibi scribat; rogat, ut sibi  
ad accipiendam investituram Cracoviam iter facturo obviam veniat.*

*Ostpr. Fol., vol. 82, Heiml. Reg., ff. 426-428.*

An Stanislaum Bayanovium, am tage Michaelis anno 50.

Lieber, besunder.

Seindt eurem negstem schreyben, so ihr an uns von Crackaw aus, als ihr in eure gudtter zu vorreiten euch erhaben, gethan, haben wir kein schreyben von euch empfangen. Seint immer der hofnung gewest, ir wurdet uns personlich ersuchen, domit wir uns mit euch besehen und allerlei, des wol schriftlich also nicht geschehen kan, bereden mogen. Deweil es sich aber vorzeucht, mussen wir euch mit zeigern ersuchen, gnedigst begerende und gonstliglich sinnende, wo es ohne beschwer sein kan, ir wollet uns nochmals ersuchen, dan wir jhe gross vorlangen, euch zu sehen und mit derselben zu bereden. Do aber nicht, so bitten wir, ihr wollet, wie itzige gelegenheit zu Polen stehn, uns gutwillig berichten und bey zeigern zuschreyben, in sonderheit, ob der cardinal von Augsburgk<sup>1)</sup> zu Crackau uf Catharine sein wirdt. Item ob der ko.mt. gemahl<sup>2)</sup> eben zu der zeit gecronet werden sol, wer solchs thun wirdt, desgleichen ob es mit bewilligung der Cron und aller stende geschicht oder geschehen muss, oder ob derselben bewilligung hirzu unnötig, auch wie sich ein jderer gegen ermelter ko.mt. gemahl vorheltet.

Dan deweil wir uf gedochte zeit Catharine gegen Crackau von ko.mt. erfordert, dohin wir personlich zu kommen, sovern ehehaften nicht abhalten, entschlossen, were unsere hochste notturft, solchs zeitlich wissen mochten, allerlei gelegenheiten darnach hetten zu bestellen. Demnach so thut ihr uns zu sonderm gefallen, do ihr uns des gewiss vorstendigen kondtet. Und so wir uns dan vorsehen, ihr werdet uf Catharine am koniglichen hoffe sein, bitten wir abermals, ir wollet zu uns uf ein tagreise oder two heraus kommen, oder, so ir zu der zeit zu Crackau zu sein nicht bedocht, euch uns zu gefallen gegen die zeit auch dohin vorfugen und euch des nicht beschweren wollen; wir umb euch in gnaden abzunehmen nit vorgessen.

1) Otto Truchsess.

2) Barbara.

*E Regio Monte, 1.X.1550.*

*Albertus dux in Prussia*

*Andreae a Górká, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,  
pro eis, quae per Casparem a Lehendorff sibi communicaverat, gratias agit et  
censem "in hac rerum omnium perturbatione et temporum iniquitate"  
nonnisi ad Deum recurrendum esse; dati receptus comiti a Mansfelt accu-  
satus, fatetur se nil aliud fecisse, quam, cum dictus comes casu quodam  
ad se divertisset, eum "ex officio charitatis" in suscipienda in Angliam  
profectione adiuvisse.*

*Cfr. El. XXXIX, N. 1264.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 103-105.*

Comiti a Gorckau, Castellano Posnaniensi, I Novembris.

Significat se Cracoviam profecturum, excusat se de Comite in Mans-  
felt.

Magnifice ac Generose, Amice, Frater et Compater perchare.

Plurimae Magnificentiae Vestrae a nobis aguntur gratiae pro iis, quae  
ab ea per Cubicularium nostrum Casparum a Lehendorff nobis communi-  
cata sunt. Non videmus autem, quid ad ea omnia respondendum sit aliud,  
quam quod in hac rerum omnium perturbatione et temporum iniquitate id  
summopere enitendum sit, ut precibus nostris recurratur ad eum, cuius et  
honor et nominis dignitas in hoc agitur, ne qua ex parte obfuscari lucem  
caelitus datam patiatur, sed his, qui amplificando eius nomini student,  
praesto sit. Quod ut precibus nostris sine intermissione, quoad humanitus  
fieri potest, praestatur, ita nihil in nobis neque laboris neque operae desi-  
derari sinemus, quo iuvare et propagare veritatem semel agnitam possi-  
mus. Hic ut Maiestas Divina partes nostras agat suppetiasque infirmitati  
humanae ferat, etiam atque etiam flagitamus, cumque illi nos nostraque  
omnia commiserimus<sup>a)</sup>, sic in quemcumque tandem dispositionis eius divi-  
nae eventum nos submittimus. Magnificentiam autem Vestram peramice  
ac fraterne rogatam volumus, ut, si quid porro eiusmodi intellexerit, ac  
utrum Senatui ad festum Catherinae Cracoviae interfutura sit, nobis signi-  
ficet communicetque. Ad haec quandoquidem statuimus divina favente  
gratia nos Cracoviam ad feudi investituram conferre, iterque sumus hinc  
ingressuri ad III Novembris, cumque multis rationibus obscurum nobis  
non sit istic arduis distentos nos iri negotiis, pro eo, qui nobis cum Magni-  
ficentia Vestra intercedit, amicitiae candore, eam fraterne petimus, ut  
suum tum nobis cosilium et operam benigne conferat.

Quod insimulamur in iisdem literis, per Magnificentiam Vestram  
nobis missis, dati receptus Comiti a Mansfelt, fatebimur id, quod res est:  
Nihil porro factum esse a nobis aliud, quam cum dictus Comes apud nos  
forte divertisset petivissetque, ut iuvaretur a nobis suscipiendae in  
Angliam profectionis, ex officio charitatis id illi, tanquam afflito, denegan-  
dum religio nobis videbatur. Aluisse nos autem illum ex hoc tempore tan-  
quam hostem Imperatoriae Maiestatis, id probari neutiquam poterit,  
neque ad id facultatum nostrarum conditio sufficeret, tum quod nobis non  
constat, quo res eius in cardine versentur, praeterquam quae rumore vul-  
gari de eo feruntur. Cui tamen ut fides nostra non adhibenda est, ita hanc  
insimulationem, in aula Imperatoriae Regiaeque Maiestatis de nobis iacta-  
tam, Deo committimus idque, ut pleraque alia, malevolis et adversariis

nostris, qui nos nostraque non cessant obscurare, imputandum ducimus, solantes nos mente nostra eius mali non conscientia, quae non in hac mundi corruptione, tamen olim in futuro saeculo manifestabitur, et iudicabit haec aliquando Deus. Oratam autem Magnificentiam Vestram habemus, ut nos, ubi opus fore intellexerit, hoc nomine excusat et innocentiam nostram defendat. Quod si Magnificentiae Vestrae commodum videbitur, non erubescemus ipsi nos apud S. Regiam Maiestatem et Episcopum Cracoviensem<sup>1)</sup> eius notae nobis inustae purgare. In quo fidele Magnificentiae Vestrae consilium requirimus. Remittimus quoque Magnificentiae Vestrae quicquid literarum nobis ab ea communicatum fuit, recipimusque nos id aliquando promerituros<sup>b)</sup>. Quod vero citius non rescripserimus, ex multitudine negotiorum praepeditos nos Magnificentia Vestra excusatos habeat. Quibus eam bene valere cupimus. Datae Regio Monte.

Relatio Cancellarii.  
And. Muntzer.

- a) *verbum correctum.*
- b) *in ms. promererituros*
- 1) *Samuel Maciejowski.*

N. 3527.

*E Regio Monte, 3.X.1550.*

*Albertus dux in Prussia  
palatino Plocensi [Felici Srzeński]  
impedimenta, propter quae conventus regundis finibus indictus celebrari non  
potuerit, se intellexisse nuntiat; se quoque suis mandaturum esse, ut ad  
finalem usque finium determinationem omnibus iniuriis et controversiis  
se abstineant.*

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1257.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 88-89 (et 92-93).

N. 3528.

*E Regio Monte, 4.X.1550.*

*Albertus dux in Prussia  
Ioanni Policki  
nullam de ipso malevolam delationem sibi a quoquam factam esse asserit; de  
equis sibi missis se ei iam prius respondisse nuntiat; bobus hoc tempore  
se non indigere significat.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 100-100v.

*E Regio Monte, 8.X.1550.*

*Albertus dux in Prussia*

*Iacobo Secygnioski*

*pro novitatibus sibi perscriptis gratias agit; fatetur se non parum angi animo,  
quod a quibusdam insons apud imperatorem accusetur, sed Deo id com-  
mittendum dicit; centum florenos dono mittit et rogat, ut, cum neminem  
alium in aula imperiali habeat, qui se de rebus scitu dignis certiorem red-  
dat, id munus ipse suscipiat.*

*Cfr. El. XXXIX, N. 1255.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 90-91.*

**Iacobo Setzygnowski, VIII Octobris.**

**Agit gratias pro novitatibus. Mittit centum florenos et petit, ut porro  
scitu necessaria perscribat.**

Nobilis et Generose, singulariter nobis dilecte.

Accepimus Generositatis Vestrae literas, Augustae Vindelicorum XXVIII die mensis Augusti datas, easque probe intelleximus. Cum autem in iisdem Generositas Vestra varia nobis communicarit, quarum reiterationem supervacaneam ducimus, eas, quas debemus, Generositati Vestrae pro eo in nos studio agimus gratias, daturi operam, ut eum Generositatis Vestrae in nos affectum clementer vicissim demereamur. Inter cetera autem cognovimus ultro citroque sermones spargi in aula Imperatoriae Maiestatis de confoederatione quorundam Principum et civitatum, nostrique inter illos mentionem fieri. De quibus nihil nobis constat, siquidem nos nostra curamus, neutri nos parti adiungimus, quin potius nostris partibus ea, qua fieri potest, solertia invigilamus. Sin vero fatis ita volentibus insonites impugnandi essemus, libenter quidem vellemus nobis a memoratis Principibus et civitatibus suppetias ferri, ut post Deum eorum auxilio nitentes, quantum humanitus fieri posset, defendendi nostri partes subirent solatioque nobis essent. Quod licet non parum exoptemus, tamen difficuler aut minime nos illud impetraturos veremur. Ac ingenue quidem fatemur nos non parum angi animo, quod eo pacto insontes adeo traducamus atque ita apud S. Imperatoriam Maiestatem<sup>1)</sup> deformemur, verum haec, ut pleraque alia, divinae dispositioni committenda esse ducimus, qui procul dubio ea omnia iam in eum, quo spectant, finem divinitus providit. Cui nos nostraque omnia committimus precamurque, ut, quicquid est eiusmodi, honori nominis sui clementer disponat caveatque.

Quandoquidem autem, ut praemisisimus, pro singulari Generositatis Vestrae in nos propendente affectu nos libenter vicissim gratos exhibere velimus, cum vero id aliquo signo testatum commode facere nequeamus, mittimus Generositati Vestrae per praesentium exhibitorem, quem ad nos Generositas Vestra ablegavit, centum florenos valoris Prutenici aut Polonici, clementer cupientes, ut Generositas Vestra id muneris retinendae nostri memoriae benigne accipiat. Cum autem idem, quod Generositas Vestra, sentiamus, plurimum ex re nostra fore, si quem istic in aula Imperatoriae Maiestatis, per quem eorum, quae nostra scire referret, certiores quandoque redderemur, aleremus, neminem aeque huic muneri idoneum ac Generositatem Vestram censemus. Itaque clementer a Generositate Vestra cupimus, ut se tam hac ex parte, quam in aliis, quemadmodum facturum se

recipit nosque minime dubitamus, benevolum erga nos exhibeat nobisque, ubi quid, quod nostra scire intersit, compererit, citissime communicare ne gravetur. Quicquid eiusmodi a Generositate Vestra nobis praestitum fuerit, clementer id compensare studebimus, persuasumque iam omnino nobis habebimus Generositatem Vestram illud muneris haud gravatim obitum. Ad extremum stapedes et calcaria, nobis per eundem ministrum missa, grato et clementi accipimus animo ac clementer id demererri conabimur. Quod Generositati Vestrae respondendum esse ducimus eamque optime valere cupimus. Datae Regio Monte.

A. Muntzer.

Tralatum e Germanico.

1) *Carolus V.*

N. 3530.

*E Regio Monte, 8.X.1550.*

*Albertus dux in Prussia*

*Procopto Sieniawski, dapifero Leopoliensi,  
pro oblatis officiis et novitatibus, praesertim Stanislaum Cikowski et Raphaelem Działyński concermentibus, gratias agit; de statu rerum in Germania scribit: "videntur autem istic locorum eo verti omnia, ut rara spes pacis et tranquillitatis affulgeat, sed magis ad arma propendeant conatus multorum"; duo vasa carnium ferinarum per litterarum exhibitorem ei dono mittit cupiens, "ut eas carnes et boni consulat et incolumis illis vescatur".*

(*Latine*)

*Cfr. El. XXXIX, N. 1265.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 93-94.*

N. 3531.

*E Regio Monte, 8.X.1550.*

*Albertus dux in Prussia*

*palatino Lanciciensi [Nicolao Jarand Brudzewski]  
statuit diem iudicii 29 Octobris in causa Alberti Finck.*

(*Latine*)

*Cfr. El. XXXIX, NN. 1259, 1262.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 98-99.*

N. 3532.

E Regio Monte, 18.X.1550.

*Albertus dux in Prussia  
regi Angliae [Eduardo VI] et, mutatis mutandis, regi Galliae [Henrico II]  
decem falcones mittit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 94-95.

N. 3533.

E Regio Monte, 18.X.1550.

*Albertus dux in Prussia  
Regni Angliae protectori [Ioanni Dudley comiti a Warwick]  
quattuor falcones mittit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 95-96.

N. 3534.

E Regio Monte, 18.X.1550.

*Albertus dux in Prussia  
Annae Montmorency, Galliae comestabili,  
quinque falcones mittit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 97-98.

N. 3535.

E Regio Monte, 18.X.1550.

*Albertus dux in Prussia  
Ioanni Łaski  
petit responsum de negotio, de quo antea ad eum scripsérat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 99-100.

N. 3536.

*E Regio Monte, 20.X.1550.*

*Albertus dux in Prussia*  
*palatino Lanciciensi [Nicolao Jarand Brudzewski]*  
*causam eius et Gregorii Obornicki cum Alberto Finck ad iudicium terrestre*  
*Hohensteinense ad diem ss. Fabiani et Sebastiani (20.I.1551) remittit.*  
*(Latine)*  
*Cfr. El. XXXIX, NN. 1275, 1282, 1287.*  
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 100-101 (et Germ., Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 100v-*  
*101v, cum dato: 18.X.).*

N. 3537.

*E Regio Monte, 25.X.1550.*

*Albertus dux in Prussia*  
*castellano Posnaniensi [Andreae a Górką]*  
*Ioachimum Gruner, fratri sui Gulielmi, archiepiscopi Rigensis, servitorem,*  
*cum mercibus in Silesiam iter facientem, commendat et rogat, ut ei litteras*  
*passus per ditiones suas concedat et adiumento sit, "quo iusta vectigalium pensione deposita, tuto ac secure cum suis mercibus destinatum iter confidere queat".*  
*(Latine)*  
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 101-102.*

N. 3538.

*E Regio Monte, 29.X.1550.*

*Albertus dux in Prussia*  
*palatino Lanciciensi [Nicolao Jarand Brzdzewski]*  
*de causa eius cum Alberto Finck ad iudicium terrestre Hohensteinense ad*  
*diem ss. Fabiani et Sebastiani (20.I.1551) remissa iterum certiore eum*  
*redit.*  
*(Latine)*  
*Cfr. El. XXXIX, NN. 1262, 1275.*  
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 102-103.*

N. 3539.

*E Regio Monte, 1.XI.1550.*

*Albertus dux in Prussia*  
*Bonae reginae Poloniae*  
*aliquot turdos ex aucupio suo dono mittit.*  
*(Latine)*  
*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 106-107.*

N. 3540.

[E Regio Monte], 1.XI.1550.

*Albertus dux in Prussia  
universis*

*testatur se Bernardo Pretwicz, capitaneo Barensi, mandatum et facultatem dare, ut ab Anna Odrowaz residuam summam debitae sibi pecuniae (scil. 2000 florenorum) nomine suo postulet et securationis litteris soluti eiusdem debiti ratione eam provideat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 105-106.

N. 3541.

[E Regio Monte], 1.XI.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioannni Wunsam, civi Cracoviensi,*

*residuum debitae ei pecuniae se ipsi Cracoviae, cum illuc advenerit, solvere promittit; 1000 aureorum summam, apud eum depositam, usque ad adventum suum retineri petit; nova vina Hungarica sibi emi et transmitti iubet.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 101v-102.

N. 3542.

[E Regio Monte], 1.XI.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Bernardo Pretwicz, capitaneo Barensi,*

*pro litteris et equis missis gratias agit; de bobus sibi coemptis, si a servitoribus eius maturius eductus esset, libenter se eos accepturum fuisse nuntiat; rogat, ne mali consulere velit, quod eos nunc, ob instantem hiemem, pelere impossibile sibi videatur.*

(Germanice)

Cfr. El. L, N. 548.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 102-102v.

N. 3543.

[E Regio Monte], 2.XI.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao Jarand Brudzewski, palatino Lanciciensi,*

*causa Alberti Finck, subditi sui, cum Gregorio Obornicki, subdito regio, ex marscalco suo, Friderico ab Oelsnitz, cognita, se curaturum nuntiat, ut dicto Obornicki iustitia administretur.*

(Latine)

Cfr. El. XXXIX, N. 1275.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 107-108.

N. 3544.

*Brandenburgi, 4.XI.1550.*

*Albertus dux in Prussia  
Bonae reginae Poloniae*

*Cracoviam ad diem accipiendo investiturae dictum iter faciens rogat, ut compositione querelarum inter subditos reginae Jurborgenses et capitaneos suos Ragnetensem et Insterburgensem ad redditum suum Cracovia differatur.*

(Latine)

Cfr. El. XXXI, N. 504.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 108-109.

N. 3545.

*Borkersdorff, 7.XI.1550.*

*Albertus dux in Prussia  
castellano Posnaniensi [Andreae a Górką]*

*mortem episcopi Cracoviensis [Samuelis Maciejowskij] nuntiat, defuncti virtutes laudat et rogat, ut auctoritate sua in id incumbat, quo in demortui locum dignus aliquis sufficiatur; nova, si quae habeat, sibi scribi petit.*

Cfr. El. XXXIX, N. 1263.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 109-110.

Castellano Posnaniensi, VII Novembrio.

De obitu Episcopi Cracoviensis. Incumbat sua autoritate, ut aliquis praestans sufficiatur.

Magnifice ac Generose, Amice, Frater et Compater perchare.

Proficiscentibus nobis Cracoviam ad accipiendam investituram feudi Ducatus nostri, significatur nobis Reverendum in Christo Patrem, amicum et fratrem nostrum charum, Dominum Episcopum Cracoviensem<sup>1)</sup> etc., naturae cessisse. Quod sane dolenter audivimus, cum quod obscurum nobis non fuerit Reverendam Paternitatem eius omni genere virtutum praeditum et praecclare ac optime de Republica Polonica meritum, tum quod S. Regia Maiestas tali viro privata sit, cuius et opera et industria fidesque perspecta hactenus multo onore S. Regiae Maiestatem eius levavit. Quandoquidem autem fatis et divinae voluntati ita parendum est, qua invita ne pilus quidem capite nostro decidit, ita memores humanae sortis ista nos aequius ferre decebit, orandusque est Deus, quoniam S. Regiae Maiestati inclitoque Poloniae Regno plurimum interest, ut pie defunctae R. Paternitati Suae is succedat, qui et integritate vitae et omni virtutum genere ita excellat reliquos, ut praecipue et amplificando nomini et honori divino, et S. Regiae Maiestati inclitoque Poloniae Regno incremento operam et studium suum conferat. Committendum autem nobis esse non putavimus, quin Magnificentiam Vestram, tanquam Senatus incliti Poloniae Regni primatem, pro fide nostra debita fraterne et amice ea de re submoneremus, ut pro ea, qua inter inclitos ordines autoritate pollet, benigne ei ita iuvando et alterum sufficiendo incumbat. Quod ut citra submonitionem nostram Magnificentiam Vestram facturam persuasum nobis habemus, ita fidei saltem in hoc

nostrae debitum hac ex parte testari volebamus. Qua si quid proficere ac promovere et nos poterimus, sane in nobis nihil desiderari sinemus. Ad extremum amice Magnificentiam Vestram rogatam volumus, ut si quid novi compertum habeat, nobis communicare ne gravetur. Sumus id mutuis nostris studiis aliquando fraterne demerituri, cupimusque Magnificentiam Vestram his feliciter valere. Datum Borkersdorff etc.

A. Muntzer.

1) *Samuel Maciejowski* († 26.X.1550).

N. 3546.

*Soldaviae, 11.XI.1550.*

*Albertus dux in Prussia*

*Bonae reginae Poloniae*

*Cracoviam ad accipendam feudi Ducatus Prussiae investituram iter iam susceptum propter aegritudinem intermittere coactus, Andream a Wilmansdorff, capitaneum Soldaviensem et consiliarium suum, mittit et rogat, ut ei nomine suo quaedam relatuero plenam fidem adhibeat.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 110-111.*

N. 3547.

*Soldaviae, 11.XI.1550.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*Ioanni a Kreitzen (Creutzen), cancellario suo, nonnulla ad regem secretius referenda se commisso significat et rogat, ut illi plenam fidem adhibeat et clementi regio responso eum dignetur.*

(Latine)

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 111-112.*

N. 3548.

*Soldaviae, 11.XI.1550.*

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*iam susceptum iter Cracoviam ad investituram feudi Ducatus Prussiae accipendam adversa valetudine corruptus intermittere coactus, rogat, ut se rex eo nomine excusatum habeat et consiliarios suos, quos mittit legatos, regia clementia prosequatur.*

(Latine)

*Cfr. El. XXXI, N. 505.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 112-113.*

N. 3549.

Soldaviae, 11.XI.1550.

*Albertus dux in Prussia  
Statibus Regni Poloniae*

*iter Cracoviam ad accipiendam feudi investituram iam susceptum ob adver-  
sam valetudinem intermittere coactus, consiliarios suos: Fridericu-  
m Truchsess baronem in Waldburg, Ioannem a Kreitzen, cancellarium  
suum, Andream Ripp, capitaneum in Kaymen, Assuerum Brandt, capita-  
neum Tapiensem, Christophorum Jonas, iuris utriusque doctorem, et  
magistrum Lucam David ad regem et ad status Regni legatos mittit et  
rogat, ut eis plenam fidem adhibeant.*

*(Sub textu: Mutatis mutandis Archiepiscopo Gnesnensi [Nicolao Dzierz-  
gowski], Episcopo Wladislaviensi [Andreae Zebrzydowski], Episcopo  
Posnaniensi [Benedicto Izdbieński], Episcopo Premisliensi [Ioanni Dzia-  
duski], Episcopo Camenecensi [Leonardo Stończewski], Episcopo Plo-  
censi [Andreae Noskowski], Castellano Cracoviensi [Ioanni Tarnowski],  
Castellano Posnaniensi [Andreae a Górką], Palatino Cracoviensi [Petro  
Kmita], Ioanni Comiti a Thantzin, Martino Zborawski).*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 113-114.*

N. 3550.

Soldaviae, 22.XI.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Nicolao (sic in ms., recte: Gregorio) Obornicki  
notificat diem eius causae coram iudicio terrestri Hohensteinensi ad diem ss.*

*Fabiani et Sebastiani (20.I.) anni proxime instantis dilatam esse.*

*(Latine)*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 114-115.*

N. 3551.

E Regio Monte, 2.XII.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Bona reginae Poloniae*

*pro sollicitudine de valetudinis suaे statu, per litteras et per nuntium missum  
exhibita, gratias agit.*

*(Latine)*

*Cfr. El. XXXI, N. 503.*

*Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 117-118.*

N. 3552.

E Regio Monte, 3.XII.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Sigismundo Augusto regi Poloniae*

*pro Alberto Pölm̄an, civitatis Regiomontanae iudiciorum notario, intercedit,  
ut affinibus eius molendinum quoddam, a maioribus eorum in cameratu  
olim Braunsbergensi annis centum quiete possessum, a Ioanne [Danti-  
sco], episcopo olim Varmiensi, nulla legitima causa eis ereptum, restituatur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 123-125.

N. 3553.

E Regio Monte, 4.XII.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Stanislao Bojanowski, secretario regio,*

*pro communicatis novis, praesertim ad reginae Barbarae futuram coronatio-  
nem, sepulturam episcopi Cracoviensis, principum et dominorum quorun-  
dam Cracoviam adventum etc. attinentibus, gratias agit; oratores suos  
commendat.*

Cfr. El. XXXIX, N. 1266.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 118-120.

Stanislao Bojanowski, III Decembris.

Generose, sincere nobis dilecente.

Lectis Generositatis Vestrae literis intelleximus eam, singulari erga  
nos propendentem affectu, quis rerum omnium istic nunc status sit, nobis  
communicare, quod gratissima ac clementi gratiarum actione prosequi-  
mur. Ac primo quidem, quae Generositas Vestra de coronatione Barbarae  
scribit, optamus, ut, si diis ita visum fuerit, bonis avibus succedant ac  
saluti Reipublicae incliti Regni Poloniae vergant; impediri autem illud per  
aegritudinem eiusdem Barbarae, illud eo, quo vestri istic, prosequimur  
dolore.

Profectioni in Lituaniā omnia secunda precamur; anxias autem esse  
nonnullorum suspiciones atque succumbere iam inter hos plurimos, Barba-  
rae fatis et dispositioni eorum committendum censemus, visuri, in quem  
tandem singula eventum ferentur. Dolemus autem non parum, quod non  
modo non arduis his negotiis nobis interesse, verum et Serenissimi Regis  
et Domini nostri praesentia frui non licuerit, ut si divinitus corripiendi era-  
mus adversa valetudine, factum id Cracoviae maluisse, quam quod  
regredi nos ex bona itineris parte iam confecta nos oportuerit. Clementer  
autem a Generositate Vestra contendimus, ut nos eorum, quae istic interea  
temporis geruntur, certiores reddat.

De comunicato Principum et Dominorum quorundam Cracoviam  
adventu, itemque de sepultura Episcopi Cracoviensis<sup>1)</sup>, necnon de conventu  
Wratislaviensi rebusque aliis, clementer Generositati Vestrae agimus gra-

tias, faxitque Deus, ut singula bono et commodo cedant publico, quorum emolumentum tam S. Regiae Maiestati, quam inclito Poloniae Regno saluti et incremento<sup>z)</sup>. Optamus denique, ut sepulto Episcopo Cracoviensi consepeliantur ea omnia, quae noxia Regno Poloniae esse queant, et in eorum locum salutaria quaevis suppullulent.

Maluissemus quoque, si facultas nobis data fuisse visendi Generositatem Vestram in Mechowa, quod cur minus confieri potuerit, ex causis praeallegatis Generositas Vestra cognovit, quanquam ceteris omnibus posthabitatis, nihil aequi iucundum nobis fuisse, quam desiderii nostri visendi Serenissimum Regem et Dominum nostrum compotes factos nos fuisse quod etsi divinitus praepeditum iam sit, speramus tamen eius occasionem aliquando adhuc oblatam iri.

Ad extremum Generositati Vestrae oratores nostros etiam atque etiam commendamus, ut si qua ex parte iuvare eorum negotia poterit, nostro id nomine haud gravatim praestet. Factura in hoc rem nobis longe gratissimam ac mutua clementiae recompensatione demerendam. Cupimusque Generositatem Vestram hisce felicissime valere. Datae Regio Monte.

A. Muntzer.

z) *sic in ms.*

1) *Samueli Maciejowski († 26.X.1550).*

N. 3554.

*E Regio Monte, 11.XII.1550.*

*Albertus dux in Prussia*

*Gabrieli Tarto, vexillifero Sandomiriensi,  
se iam meliore uti valetudine nuntiat et aegritudinis suaे verae, non fictae vel  
simulatae, cuius a nonnullis insimulatur, eum convincit; rogat, ut regi  
persuadeat, ne obtrectatoribus suis fidem praestet; pro communicatis  
novitatibus gratias agit; Ioanni Ocieski, in officio cancellarius defuncto  
Samueli Maciejowski suffecto, omnia bona precatur; de regis in Lithuania  
professione et negotio unionis cum Lithuania ineundae edoceri  
cupit.*

*Autogr.*

*Cfr. El. XLIII, N. 90.*

*HBA, B, K. 1174.*

Lieber Derla, gutter freundt und getrewer diner.

Ewer schreiben, das Krakaw datiret, ist mihr den 20 dises kegen vesperzeit worden. Hab gancz mit einem erfreuten gemute erfahren, das ir, Got lob, gesundt wider ankumen, aber hinwiderumb nicht ein klein leiden, das mich der liebe Got von meinem furnemen abgehalten, mit dem ich zeuge, das ich meinen lieben herren und euch von herczen gern gesehen. Den ir moget mihr glauben, das mihr nichts mehr zugehet, und zeuhet mich mein lieber Got algemach von der welt ab und wil mich zu im zihen; des dancke ich auch dem lieben Got von herczen und bin wol zufrieden, das er mich hole, wen er wille. Dem sey lob in ewigkeit.

Bedancke mich kegen euch zum hogsten ewers betrubens meyner zuge-

fallen schwacheit und bitte, das sy der Almechtig abwenden und zur pesserung schicken wolle. Dancke auch dem lieben Got, der mich gezuchigtet und doch wider hilfet, und also mit mihr gepessert, das Got lob ich wider selbst anstehen kan, do man mich vor heben mussen. Bin einmol diese wochen auf einem schlitten zum Newen Haus gewest und dancke Got, den ich fule deglichs pesserung. Das aber fyl und etzliche meine kranckheit bey euch anderst gedeutet, kan ich nit anders, sunder musse es Got befelen, und wolt solchen gunnen, das sy an irem hals hetten, das mihr gefelt; wolt si darnach gern urtheilen lassen, ab es ein schalcks – aber rechte kranckheit gewesen. Wuste auch nicht, was mich aussen zu pleiben verursachen mogen, den zu wen were ich gezogen, meinem lieben plutfreunt und lehenshern, des gnade ich mich und keines andern troste, den ich von herczen liebe und hoffe, abwol leut sein mochten, dy mihr, wy dy welt pfleget zu sein, gern allerley zurichten. Das ich doch einen gnedigen herren habe, warumb solte ich den nicht von herczen gern bey s.g. sein?

Wolt man den sagen, wy ich hore beschehen sol, das ich s.mt. nicht wolt dy ehre thun und dy lehen selbst entpfahen, lieber sage mihr doch einer, ab ich so nerisch und solches thet, solt ich nicht bedencken, was ich domit gewunne, und so ich domit s.k.mt. nicht ehren wolte, thet ich mihr nicht selbst dy grosse unehre, das ich meinen erb – und lehenshern, mein eigen plut und fleisch schmehnen solte, wen unehret ich anderst, den mein eigen plut und fleisch?

So nun mein gute freunt furgewen wollen, das ich, wy ich den itzundt hore, fileicht vorhabens sein meins g.h. gemahel<sup>1)</sup> zu kronen, und furgeben, hab mich darumb schalck gemacht, so bin ich ie nie darzu gevordert, wy wil man mich des zeihen. Were ich aber gevordert und plib mutwillig aussen, achten auch mein gute freunt, das ich so unfeinich mich zu meinem g.h. notigen solte und nicht bedencken, das mihr meniglich ubel aufgeleget wurde werden. Und so ich ie schalckskranck sein wollen, kunt ichs wol hie gethon haben und bas als unterwegens. Ich wil mich aber meins hern treffen und hoffe, sein g. erkennen mich getrewer und al mein diner haben mich bishero erkant, das ich mich nicht gern plague aber schalckskranck stelle, weil ich nurt krichen kan.

Und thu mich kegen euch bedancken ewers trewen und waren entschuldigen. Danck auch Got zuvorderst und meinem g.h., der sich bose verherczer kegen mich nicht lest verfuren, und bitte euch auch, ir wollet darvor sein und s.k.mt. bitten, s.mt. wolle sich kegen mihr nicht verfuren lassen. Hoffe auch, sovern mihr mein lieber Got das leben und gesuntheit verleihet, sollen s.mt. einen trewen diner und plutfreunt erfinden. Wils umb euch wider in gnaden beschulden, das ir an euch, wo ir unpillige rede gespuret, nichts erwinden lassen. Und wy ir weiter meldet, das ir spuret und findet, auch mercket in allen dingen, das man mich gern gesehen, zuvoraus k.mt., den ane zweifel so were mit s.k.mt. diser zeit fyl dings zu enden und schlissen sein mogen. Solt ir wissen, das mirs herczlich leit ist, und hette ich yn meiner kranckheit sofy gewust, domit iedermeniglich gesehen, das ich gern bey s.mt. gewesen, wolt ich mich also am bette zu seiner mt. furen lassen und solt ich unterwegens gestorben sein.

Das ir mir auch mitgedeylet der fursten und irer botschafter ankunft, bedancke ich mich, und das man gewis sagen wil von der kronung etc. Bitte ich den lieben Got, es sey zu gluck, heile, ewiger und zeitlicher wol-fart k.mt. und der loblichen Kron, und das ich gnedige herschafthen haben moge. Hotte auch, was ich zuvorn meinem g.h. geschriben und geraten, das ich auch trewer meinung gethon, sol mihr nicht zu ungnaden reichen.

Das Oczieski<sup>2)</sup> pleibe an der stat des verstorbenen<sup>3)</sup>, wunsche ich auch s.h. Gottes gnad, heil, segen, gluck und seligkeit und hoffe, er werde mein guter freundt sein. Wil mich auch gern im verhalten. Wie es aber mit dem dumbhern pleiben wurt, desgleichen mit dem pischoft zu Krakaw, bitte ich, wollet michs wissen lassen. Und ich hoch geraten, das man nicht gelt ansehe, sunder duchtige leut neme, wy si Paulus beschreibt.

Wie es mit dem zug nach Litten pleiben wurt, hoffe ich von euch guten bescheidt, und ist nit wunder, ab fyl und manicherley geschefte in der Kron furfallen, den der weltlauf pringets mit sich. Das aber wol vonnoten, das ein unio beschehe, dardurch lange und angestandene hendel und sachen verricht und beygelegt, was gesworen und zugesaget, genung geschehe etc., ist ein hoch weislich bedencken, und Got trewlich zu bitten. So werden auch alle ding recht gehen und wurt frid und einigkeit sich selbst sein finden und dy zufersich[t] zu der herschaft wurt alle unterdenigkeit geberen, gehorsam machen, dy feinde schlagen. Wolt der liebe Got das getrewe christliche herczen hilfen und darzu retten, und so ich auch, als ein unferstendiger armer, das wenigste darzu dinen kunte, wolt ich an meinem fleis, muhe und arbeit nichts erwinden lassen, den ich weis, was ein gutwilligkeit der leute thut, und ist gewis, wer sehr geforcht wil sein und von filen volget alwegen, das er auch fyl forchten mus, und volget also daraus fyl selczamer practicen, anschlege und widerwillen.

Hirumb, lieber Derla, helft und rat darzu. Kan ich was dinen und nuzzen, man spare mich nicht, ich wil so fleissig und trewlich mich finden lassen, das mein her spuren sol, das ich s.mt. mit trewen meine und wil nunmehr erwarten, was weiter volgen wil und wurt.

Das der cardinal<sup>4)</sup>, weil der paumb gefallen, aussen pleibt etc., dy este, so daran gehangen, stiben und sich betruben etc., p[f]leget zu volgen, den do der hut kein kopf, war der kardinal nit vonnoten; das man sich aber des baumbz betrubet, ist naturlich. Got hilf uns allen. Amen.

Mit den rossen hat es nicht eylendes, kan zu gutem wege wol bescheiden. Befele euch hiemit gotlicher gnaden und bitte, wolt mein bestes wissen bey k.mt. Datis in eyle Kunigspurgk den 11 Decembris anno 1550.

Albrecht marggraff und herczog etc.

1) *regina Barbara.*

2) *Ioannes Ocieski (re vera 26.II.1552 cancellarius adieptus).*

3) *Samuel Maciejowski.*

4) *Otto Truchsess, cardinalis Augustanus.*

N. 3555.

*E Regio Monte, 11.XII.1550.*

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Cossme, regis Poloniae concionatori,  
pro litteris et libellis, sibi et uxori suae missis, gratias agit et ardorem eius "in  
propaganda doctrina evangelica" laudat.*

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 121.

*Ioanni Cossme, S. Regiae Maiestatis concionatori, XI Decembris.  
Agit gratias pro missis sibi et Ducissae libellis.*

Venerande, sincere nobis dilecte.

Accepimus Venerandae Dominationis Vestrae literas una cum libellis, nobis et charissimae coniugi nostrae<sup>1)</sup> missis. Quibus lectis intelleximus, quo ardore Reverenda<sup>a)</sup> Dominatio Vestra in propaganda doctrina evangelica laboret. Quod ut gratum nobis est et pio homine dignum, ita summae Venerandae Generositati Vestrae pro illo munere nobis misso aguntur et habentur gratiae. Daturi operam, ut vicissim hanc benevolentiam deme-rearum. Easdem quoque gratias agit Illustrissima coniunx nostra, cui munus oblatum fuit gratissimum. Quae porro Reverenda Dominatio Vestra de imposito silentio scribit, ut dolenda sunt, ita in tempus ferenda, quando piorum coetus eiusmodi obnoxius ut sit discriminibus et cruci subiaceat, necesse est. Consolabitur se autem Reverenda Dominatio Vestra eius mer-cedis, quod omnibus Christi fidelibus commune erit in novissimo die. Quam Reverendam Dominationem Vestram confortari in proposito suo vehementer optamus et percupimus eamque protectioni divinae committi-mus. Datae Regio Monte.

A. Muntzer.

a) *in ms. V. correctum in R.*

1) *Anna Maria.*

N. 3556.

[*E Regio Monte*], 12.XII.1550.

*Albertus dux in Prussia*

*Ioanni Wunsam, civi Cracoviensi,  
pro litteris missis et studio in mittendis vinis adhibito gratias agit; certiorem  
eum reddit Florianum Kniespeck Pragae commorari; bonum vinum apia-  
num (moscateller et et 100 ligna cinericia sibi mitti petit.*

*Cfr. El. XLV, NN. 90, 91.*

*Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 103-104.*

An Hansen Wunsam, den XII Decembbris.

Wir haben euer schreyben, darin ir unserm ahn euch bescheenen schreyben und gehabther mit unserm cantzler<sup>1)</sup> abrede nach die 1000 fl., so ir von Stanisslaw Zikoufski empfangen, also nach zukommen, uns auch als immer möglich ins furderlichste die begerten weine zuzuschicken erbotig, empfangen. Dessen wir uns alles gegen euer person in gnaden thun bedancken, und sol nunmher hierauf unser zuvorlessige meynung also stehn. Als ir dann ferner zu solchem euerem schreyben, wo ir den Florian Griespeck zu erfragen und das brieflein ime zuzustellen, desgleichen welcher arth muscateller wir begerende sein, verstandiget zu werden bittet, wissen wir uns nicht anders zu berichten, dann das bemelther Kniespeck zu Praga sein sol, derwegen er versehenlich derorth zu erkunden.

Den muscateller aber wollet uns der neuen welschen, und die do gutt sein, schicken. Wie ir dann auch ferner von vermutlicher steygerung des kaufes an ungerischen weynen meldet, wird der kauf solchs nach ankunft derselben wol geben. Wie aber dem allem, wann sie nirt gutt, muss ein geringes nicht angesehen werden, der gnedigen zuvorsicht, ir uns dieselbi-

gen aufs wolfeilste als moglichste bestellen und ins furderlichste zuschicken werdet.

Den reynfahl aber dorfft ir uns nicht schicken, dann uns vergessen, das solche algereit durch unsre diener am andern orth bestellet.

Wir verstehen auch under anderm, wess ir des eschenholtzes halben meldet. Nun wollen wir euch nicht pergen, das wir solch holtz, dovon ir meldet, zu Dantzig besichtigen lassen, ist uns aber zu unser arbeit zu klein. Derwegen nach wie vor an euch unser gnediges begeren, uns in bestellung desselben derorth zu wilfahren, damit uns dessen ein hundert stuck von dem lengsten, grosten, weisten und besten, ader wie es immer zu bekhommen muglich, mit erstem offenen wasser anher geliefert; dabey habt ir imandsen zu bestellen, welcher mit solchem herunther fahre, damit es nicht verwechselt.

Wollen uns dagegen aller gnedigen gebur vorhalthen, und gereicht uns daran zu gnedigem gefallen, in gnaden widderumb zu erkennen etc.

And. Muntzer.

1) *Ioannes a Kreitzen.*

N. 3557.

*E Regio Monte, 23.XII.1550.*

*Albertus dux in Prussia*

*Bonae reginae Poloniae*

*narrat, quomodo Erasmus Preuss, subditus suus, Varsaviam iter faciens  
pisces torridos ibi venditurus, in ditionibus reginae omnibus mercibus  
spoliatus sit, et rogat, ut auctoritatem suam interponat, quo dicto suo  
subdito res ablatae restituantur, damna resarciantur, facinoris auctores  
puniantur.*

(Latine)

Cfr. El. XXXI, N. 507.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 122-123.

N. 3558.

*E Regio Monte, 30.XII.1550.*

*Albertus dux in Prussia*

*Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, capitaneo Samogitia,  
subditum suum Ioannem Kugge commendat, ut cineres quosdam ex Samogitiis  
in Regium Montem sine impedimento transportare possit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 123.

ELENCHUS EPISTULARUM

Nr.

Dat.

**ALBERTUS DUX IN PRUSSIA:**

3285	Sigismundo Augusto regi Poloniae s.l.		8.I.1549
3286	»	s.l.	8.I.1549
3295	»	E Regio Monte	31.I.1549
3300	»	»	18.II.1549
3303	»	»	20.II.1549
3306	»	»	23.II.1549
3311	»	»	28.II.1549
3321	»	»	2.VI.1549
3337	»	»	13.V.1549
3341	»	»	26.V.1549
3351	»	»	13.VI.1549
3354	»	»	16.VI.1549
3355	»	»	24.VI.1549
3356	»	»	24.VI.1549
3360	»	»	25.VI.1549
3370	»	Ragnetae	15.VII.1547
3375	»	Tilsae	29.VII.1549
3377	»	Ragnetae	6.VIII.1549
3386	»	Lötzen	17.VIII.1549
3387	»	Iohannisburgi	19.VIII.1549
3393	»	Przerośl	26.VIII.1549
3395	»	Spychowo	28.VIII.1549
3396	»	Iohannisburgi	28.VIII.1549
3405	»	Spychowo	15.XI.1549
3406	»	»	18.IX.1549
3417	»	Spychowo	8.X.1549
3425	»	Spychowo	22.XI.1549
3447	»	E Regio Monte	26.II.1550
3453	»	»	11.III.1550
3454	»	»	14.III.1550
3462	»	»	30.III.1550
3464	»	s.l.,	3.IV.1550
3469	»	E Regio Monte	18.IV.1550
3474	»	»	3.V.1550
3475	»	»	3.V.1550
3480	»	»	15.V.1550
3496	»	»	20.VII.1550
3500	»	»	27.VII.1550
3503	»	»	8.VIII.1550
3505	»	»	14.VIII.1550
3507	»	»	19.VIII.1550

Nr.			Dat.
3509	Sigismundo Augusto regi Poloniae	E Regio Monte	20.VIII.1550
3547	"	Soldaviae	11.XI.1550
3548	"	Spychowo	11.XI.1550
3552	"	E Regio Monte	3.XII.1550
3315	Bagieński Iacobo	" "	13.III.1549
3391	" "	Iohannisburgi	22.VIII.1549
3291	Baucke Erasmo	E Regio Monte	22.I.1549
3338	" "	s.l.,	17.V.1549
3344	Bojanowski Stanislao	s.l.,	28.V.1549
3388	" "	s.l.,	21.VIII.1549
3408	" "	Spychowo	20.IX.1549
3435	" "	"	19.XII.1549
3439	" "	E Regio Monte	21.I.1550
3481	" "	s.l.,	21.V.1550
3487	" "	s.l.,	27.VI.1550
3489	" "	E Regio Monte	s.d., VI.1550
3499	" "	" "	20.VII.1550
3524	" "	s.l.,	26.IX.1550
3525	" "	s.l.,	29.IX.1550
3553	" "	E Regio Monte	4.XII.1550
3282	Bonae reginae Poloniae	s.l.,	2.I.1549
3288	" "	s.l.,	9.I.1549
3298	" "	E Regio Monte	7.II.1549
3313	" "	Ostróda	2.III.1549
3325	" "	E Regio Monte	27.IV.1549
3340	" "	" "	26.V.1549
3351	" "	" "	13.VI.1549
3382	" "	Lötzen	16.VIII.1549
3412	" "	Spychowo	28.IX.1549
3433	" "	"	12.XII.1549
3446	" "	E Regio Monte	21.II.1550
3494	" "	" "	15.VIII.1550
3497	" "	s.l.,	20.VII.1550
3501	" "	s.l.,	6.VIII.1550
3511	" "	E Regio Monte	28.VIII.1550
3517	" "	" "	3.IX.1550
3539	" "	" "	1.XI.1550
3544	" "	Brandenburgi	4.XI.1550
3546	" "	Soldaviae	11.XI.1550
3551	" "	E Regio Monte	2.XII.1550
3557	" "	" "	23.XII.1550
3531	Brudzewski Nicolao Jarand	E Regio Monte	8.X.1550
3536	" "	" "	20.X.1550
3538	" "	" "	29.X.1550
3543	" "	" "	2.XI.1550
3521	Capitaneo Caunensi	" "	19.IX.1550
3335	Chodkiewicz Gregorio	" "	10.V.1549
3299	Chodkiewicz Hieronymo	" "	15.II.1549
3305	" "	" "	22.II.1549
3307	" "	" "	23.II.1549
3308	" "	" "	25.II.1549
3319	" "	" "	29.III.1549

Nr.		Dat.
3333	Chodkiewicz Hieronymo	E Regio Monte
3363	»	Ex Nova Arce
3365	»	E Regio Monte
3378	»	Ragnetae
3379	»	Angerburgi
3441	»	E Regio Monte
3456	»	»
3468	»	»
3476	»	»
3495	»	»
3558	»	»
3479	Choromański Iacobo	»
3519	Consulibus Caunensibus	»
3450	Consulibus Lomzensibus	»
3555	Cosmio Ioanni	»
3372	Cranmer Thomae	Tilsae
3484	»	E Regio Monte
3318	Czernicki Nicolao	»
3339	Dobrzkowski Ioanni	Riesenburgi
3485	»	E Regio Monte
3449	Domanowski Ioanni	»
3414	Ducibus Masoviae	s.l.,
3484	Dudley Ioanni	E Regio Monte
3533	»	»
3419	Eduardo VI regi Angliae	Spychowo
3483	»	E Regio Monte
3532	»	»
3293	Eichler Ioanni	»
3314	Filiabus Bonae reg. Pol. (Sophiae, Annae, Catharinae)	Ostróda
3518	Gliczner Nicolao	E Regio Monte
3471	Gnojeński Preclao	»
3502	»	»
3296	Górka Andreae	s.l.,
3323	»	s.l.,
3324	»	Ex villa Burkersdorff
3346	»	E Regio Monte
3347	»	s.l.,
3351	»	E Regio Monte
3358	»	»
3362	»	»
3381	»	Lötzen
3402	»	Spychowo
3415	»	»
3526	»	E Regio Monte
3537	»	»
3545	»	Borkersdorff
3326	Grabia Nicolao	E Regio Monte
3330	Gradowski Ioanni	»
3460	Gralewski Martino	»
3316	Henrico II regi Galliae	E Regio Monte
		9.V.1549
		25.VI.1549
		29.VI.1549
		7.VIII.1549
		11.VIII.1549
		30.I.1550
		18.III.1550
		12.IV.1550
		3.V.1550
		17.VII.1550
		30.XII.1550
		13.V.1550
		16.IX.1550
		5.III.1550
		11.XII.1550
		27.VII.1549
		3.VI.1550
		24.III.1549
		18.V.1549
		3.VI.1550
		5.III.1550
		1.IX.1549
		3.VI.1550
		18.X.1550
		10.X.1549
		3.VI.1550
		18.X.1550
		25.I.1549
		2.III.1549
		11.IX.1550
		25.IV.1550
		7.VIII.1550
		4.II.1549
		15.IV.1549
		26.IV.1549
		28.V.1549
		1.VI.1549
		13.VI.1549
		24.VI.1549
		25.VI.1549
		13.VIII.1549
		3.IX.1549
		1.X.1549
		1.X.1550
		25.X.1550
		7.XI.1550
		27.IV.1549
		5.V.1549
		26.III.1550
		20.III.1549

Nr.		Dat.
3411	Henrico II regi Galliae	Spychowo
3419	" "	"
3532	" "	E Regio Monte
3326	Hosio Stanislao	" "
3491	" "	" "
3320	Hosio Ulrico	" "
3424	" "	Spychowo
3310	Iłowski Alexandro	E Regio Monte
3384	Jabłoński Ioanni	Lötzen
3493	" "	E Regio Monte
3440	Kaczkowski Caspari	s.l.,
3465	Kiežgajło Stanislao	E Regio Monte
3467	" "	" "
3382	Kmita Petro	Lötzen
3364	Komajewski Ioanni	E Regio Monte
3477	" "	" "
3329	Konarski Christophoro	" "
3353	" "	" "
3436	" "	Spychowo
3488	Kretkowski Silvestro	s.l.,
3429	Krugel Hieronymo	s.l.,
3297	Lewicki Ioanni	E Regio Monte
3369	Łaski Ioanni	Ragnetae
3376	" "	"
3390	" "	Iohannisburgi
3399	" "	Przerośl
3430	" "	Spychowo
3444	" "	s.l.,
3461	" "	E Regio Monte
3473	" "	" "
3482	" "	s.l.,
3535	" "	E Regio Monte
3443	Łaski Stanislao	" "
3348	Machwitz Ioanni Alberto	" "
3304	Maciejowski Samuely	" "
3326	" "	" "
3342	" "	" "
3352	" "	" "
3357	" "	" "
3361	" "	" "
3380	" "	Angerburgi
3404	" "	Spychowo
3445	" "	E Regio Monte
3459	" "	" "
3490	" "	" "
3509	" "	" "
3514	" "	" "
3327	Montio Ludovico	" "
3359	" "	" "
3420	" "	Spychowo
3317	Montmorency Annae	E Regio Monte

Nr.		Dat.
3534	Montio Ludovico	E Regio Monte
3506	Noskowski Andreeae	» »
3522	Noskowski Andreeae	» »
3550	Obornicki Nicolao	Soldaviae
3383	Oborski Paulo	Lötzen
3504	Ochabski Nicolao	E Regio Monte
3290	Ocieski Ioanni	» »
3414	Odrowąż Annae	s.l.,
3373	Pageto Gulielmo	Tilsae
3484	» »	E Regio Monte
3508	Pastori Ioannisburgensi	» »
3318	Podowski Nicolao	» »
3413	Pohibel Bernardo	Spychowo
3486	» »	s.l.,
3289	Policki Ioanni	Neidenburgi
3349	» »	E Regio Monte
3366	» »	s.l.,
3410	» »	s.l.,
3432	» »	Spychowo
3442	» »	E Regio Monte
3528	» »	» »
3452	Praefecto Lomzensi	» »
3301	Pretwicz Bernardo	s.l.,
3302	» »	E Regio Monte
3394	» »	Przerośl
3400	» »	Iohannisburgi
3455	» »	E Regio Monte
3513	» »	» »
3542	» »	» »
3401	Proconsuli Lomzensi	Iohannisburgi
3463	Przyłuski Iacobo	E Regio Monte
3498	» »	» »
3328	Radziwiłł Nicolao	» »
3448	» »	» »
3423	Secluciano Ioanni	Spychowo
3529	Secygniowski Iacobo	E Regio Monte
3397	Senatoribus et primoribus Regni Poloniae	Iohannisburgi
3519	Senatui civitatis Caunensis	E Regio Monte
3350	Sieniawski Nicolao	» »
3530	Sieniawski Procopio	» »
3368	Sieprski Andreeae	Insterburgi
3345	Sobek Stanislawo	E Regio Monte
3385	Srzeńska Barbarae	Lötzen
3510	» »	E Regio Monte
3416	Srzeński Felici	Spychowo
3421	» »	»
3426	» »	»
3434	» »	»
3472	» »	E Regio Monte
3506	» »	» »

Nr.		Dat.
3520	Srzeński Felici	E Regio Monte 18.IX.1550
3522	» »	» » 20.IX.1550
3527	» »	» » 3.X.1550
3334	Stankiewicz Ioanni	» » 9.V.1549
3549	Statibus Regni Poloniae	Soldaviae 11.XI.1550
3283	Tarlo Gabrieli	Neidenburgi 3.I.1549
3284	» »	» 3.I.1549
3287	» »	» 8.I.1549
3294	» »	s.l., 28.I.1549
3322	» »	E Regio Monte 5.IV.1549
3331	» »	Neuhausen 6.V.1549
3336	» »	s.l., 12.V.1549
3343	» »	E Regio Monte 26.V.1549
3371	» »	Neuhausen 22.VII.1549
3374	» »	s.l., 28.VII.1549
3407	» »	Spychowo 19.IX.1549
3409	» »	» 20.IX.1549
3427	» »	» 26.XI.1549
3428	» »	s.l., 26.XI.1549
3451	» »	E Regio Monte 6.III.1550
3458	» »	» 23.III.1550
3478	» »	» 13.V.1550
3512	» »	» 29.VIII.1550
3515	» »	» 30.VIII.1550
3523	» »	» 20.IX.1550
3554	» »	» 11.XII.1550
3404	Tarnowski Ioanni	Spychowo 14.IX.1549
3509	» »	E Regio Monte 20.VIII.1550
3457	Tarnowski Spyconi	» » 23.III.1550
3309	Telonei praefectis in Polangen	» » 26.II.1549
3540	Universis	» » 1.XI.1550
3470	Wierzbicki Venceslao	» » 18.IV.1550
3389	Wojsławski Ioanni	Iohannisburgi 21.VIII.1549
3398	» »	» 28.VIII.1549
3422	» »	Spychowo 6.XI.1549
3426	» »	» 22.XI.1549
3292	Wunsam Ioanni	E Regio Monte 25.I.1549
3332	» »	» 7.V.1549
3392	» »	Iohannisburgi 22.VIII.1549
3403	» »	Spychowo 12.IX.1549
3418	» »	» 9.X.1549
3431	» »	» 28.XI.1549
3437	» »	s.l., 25.XII.1549
3438	» »	E Regio Monte 2.I.1550
3466	» »	» 10.IV.1550
3492	» »	» 7.VII.1550
3516	» »	» » 1.IX.1550
3541	» »	» » 1.IX.1550
3556	» »	» » 12.XII.1550
3367	Zerzyński Ioanni	Tapiau 8.VII.1549
3364	Zienowicz Georgio	E Regio Monte 27.VI.1549

## INDEX PERSONARUM ET LOCORUM

*Hoc in Indice nulla habetur ratio nominum proprietorum in Introductione occurrentium. Numeri ad paginas, non ad numeros documentorum remittunt.*

### Abbreviations

archiep.	— archiepiscopus	consil.	— consiliarius
can.	— canonicus	ep.	— episcopus
canc.	— cancellarius	opp.	— oppidum
cap.	— capitaneus	pal.	— palatinus
cast.	— castellanus	secr.	— secretarius

### A

- ALBERTUS dux in Prussia, *passim*.  
 ALBERTUS iunior, marchio Brandenburgensis, nepos ducis Alberti, 20, 21, 45, 50, 68, 73, 74, 88, 89, 90, 95, 97, 113, 114, 122, 124.  
 ANGERBURGUM (Angerburgk, Węgorzewo), opp. et capitaneatus in Ducatu Prussiae, 67, 68.  
 ANGLIA (Engelandt, England, Englandt), Angli, Anglicus, 60, 61, 63, 64, 69, 70, 75, 96, 104, 105, 113, 114, 119, 128, 132-5, 155, 159.  
 ANNA, comitissa Frisiae Orientalis, 64.  
 ANNA reginula, soror Sigismundi Augusti regis Poloniae, 8, 10, 24.  
 ANNA MARIA, princeps Brunsvicensis, 2. uxor ducis Alberti, 109, 110, 169.  
 ANNA SOPHIA, filia ducis Alberti, 23, 95.  
 ASWERUS v. Brandt.  
 AUGUSTA Vindelicorum (Augsburg, Augspurgk, Auspurgk, Ausspurgk), Augustanus, 8, 19, 21, 32, 39, 40, 41, 47, 52, 58, 71, 143, 149, 154, 157, 168.

### B

- BAGIEŃSKI Iacobus, vexillifer et vice-cap. Visnensis, 24, 75, 92.  
 BARBARA Radziwiłł, regina Poloniae, 88, 154, 165, 167, 168.  
 BARENSENSIS, 17, 18, 78, 81, 117, 149, 161.  
 BARTENSTEIN (Bartoszyce), opp. in Ducatu Prussiae, 79.  
 BAUCKE (Bauck) Erasmus, civis Cramoviensis, 12, 39.  
 BAUEN Gulielmus, de, 112.  
 BAYANOVIVS v. Bojanowski.  
 BAYKOWSKI, nobiles, 50.  
 BELSENSIS (Beltzki), 44, 45.  
 BIELONKA Iacobus, civis Lomzensis, 81, 116, 147.  
 BIELSCENSIS, 50.  
 BOHEMIA, Bohemus, 62, 63.  
 BOHIBEL, BOHIWEL, BOHYBEL v. Pohibel.  
 BOJANOWSKI (Bojanovsky, Bayanovivs, Boyanofius, Boyanovius) Stanislaus, secr. regius, 41, 42, 63, 64, 73, 88, 89, 90, 106, 107, 109, 111-14, 131, 134, 136, 138, 142, 154, 165.  
 BOLIŃSKI Ioannes, subditus ducis Alberti, 152.

- BOMLEN** (Bomel) Hermannus, a, 105, 112.  
**BONA** regina Poloniae, 3, 5, 8, 10, 11, 12, 14, 16, 23, 24, 29, 33, 39, 45, 64, 69, 80, 92, 94, 95, 99, 105, 108, 114, 115, 122, 136-8, 140-2, 145, 148, 151, 160, 162-4, 170.  
**BONONIA**, 128.  
**BOPPEN** v. Spychowo.  
**BORKERSDORFF** v. Burkersdorff.  
**BOSEN** v. Posnania.  
**BOYANOFIUS**, **BOYANOVIVS** v. Bojanowski.  
**BRANDENBURGENSIS**, 20, 28, 29, 41, 42, 45, 50, 90, 95, 115, 141, 142.  
**BRANDENBURGUM**, opp., 162.  
**BRANDT** (Brand, Brant) Assuerus, cap. Tapiensis, consil. et orator ducis Alberti, 8, 11, 13, 14, 19, 26, 31, 32, 41, 42, 45-7, 49, 58, 59, 63, 64, 67, 68, 70, 103, 120, 122, 130, 136, 137, 154, 164.  
**BRAUNSBURGENSIS**, 165.  
**BRAUNSCHWEIG**, **BRAUNSCHWIGISCH** v. Brunsvicum.  
**BREMA** (Bremen), 113.  
**BRETWITZ** v. Pretwicz.  
**BRODNICA** (Strassburg, Strasburg), opp. in Ducatu Prussiae, 73.  
**BRUDZEWSKI** Nicolaus Jarand, pal. Lanciensis, 158, 160, 161.  
**BRUNSVICUM** (Braunschweig, Brunsviga), Brunsvicensis (Braunschwigisch), 109, 110, 114, 141-44.  
**BRUNSORT** Fridericus, cubicularius regis Poloniae, 87.  
**BURKERSDORFF** (Borkersdorff), villa in Ducatu Prussiae, 28, 29, 162, 163.  
**BYBERNICK** Michael, subditus ducis Alberti, 37.  
**BYDGOSTIENSIS**, 138.

## C

- CAESAR** v. Carolus V.  
**CAMENESENSIS**, 164.  
**CANTUARIENSIS** (Cantariensis), 60, 105, 135; v. Cranmer Thomas.  
**CAROLUS V** imperator, 8, 9, 10, 13, 14, 21, 22, 32, 33, 36, 40, 41, 49, 52, 62-4, 70-73, 90, 91, 97, 131, 132, 137-39, 146, 147, 150, 155, 157, 158.  
**CATHARINA** reginula, soror Sigismundi Augusti regis Poloniae, 5, 8, 10, 24, 31, 114.  
**CATZKAUSKY** v. Kaczkowski.  
**CAUNA**, Caunensis, 16, 26, 30, 31, 37, 41, 53, 98, 146, 152.  
**CEDWITZ** Christophorus, cap. Straudauensis, 81.  
**CHELMENSIS**, 29, 112.  
**CHEŁMŻA** (Colmansehe), opp. in dioecesi Culmensi, 30, 103.  
**CHODKIEWICZ** Alexander, pal. Novogrodensis († 1549), 52.  
**CHODKIEWICZ** Gregorius, cap. Caunensis, 37.  
**CHODKIEWICZ** (Kotkowitz) Hieronymus, cast. Trocensis, cap. Samogitia, 16, 19, 22, 25, 36, 50, 52, 53, 66, 67, 80, 112, 117, 126, 129, 140, 170.  
**CHODKIEWICZ** Ioannes, filius Hieronymi, 37.  
**CHOROMAŃSKI** Iacobus, servitor Felicis Srzeński, 127, 130.  
**CHRISTIANUS III** rex Daniae, 132.  
**CHRISTIANUS ORBIS** (Christianitas, Christenheit), 131, 137.  
**CHRISTOPHORUS** dux Wirtembergensis, 134, 135.  
**CIEŁECIN** (Silinske, Zielenzig), opp., 110.  
**CIKOWSKI** (Zikoufski, Zikowski) Stanislaus, de Wojsławice, militum praefectus, 132, 140, 158, 169.  
**CLEIPODIA** (Memel), Cleipodiensis (Memelensis, Mimorensis), opp. et capitaneatus in Ducatu Prussiae, 65-7, 80, 125, 140, 142.  
**COADIUTEN**, villa in confinibus Prussiae et Lithuaniae, 65, 66.  
**CODRITZ** v. Kodritz.  
**COLMANSEHE** v. Chełmża.  
**CONARSKI** v. Konarski.  
**COSMIUS** (Cossmius) Ioannes, concionator regis Poloniae, 168.  
**COSSOBROTZKI** v. Kosobrodzki.  
**CRACOVIA** (Cracaw, Crackau, Crac-kaw, Crackow, Kracaw, Krakaw), Cracoviensis (Crakawisch), 12, 14, 19, 21, 29-33, 36, 39, 41-3, 45, 47, 49, 50, 61, 62, 67, 69, 73, 74, 77,

78, 82, 84-6, 88, 89, 91, 93, 94, 96,  
104, 106, 107, 110, 111, 114, 118,  
125, 131, 132, 139, 140, 147, 148,  
150, 151, 153-6, 161-6, 168, 169.  
**CRANMER** Thomas, archiep. Cantua-  
riensis, 60, 105, 106, 135.  
**CREUTZEN** v. Kreitzen.  
**CROMERUS** Martinus, can. Craco-  
viensis, secr. regius, 3, 8, 9, 13, 59.  
**CULMENSIS**, 20, 52, 68, 72, 103, 139;  
ep. Culmensis v. Hosius Stanis-  
laus.  
**CUSTRINUM** (Küstrin), opp. in Bran-  
denburgia, 143.  
**CZEMA** (Czeme, Zcema, Zema) Acha-  
tius, pal. Marienburgensis, 6, 8,  
10, 21, 71, 73, 87, 88, 143.  
**CZERNICKI** Nicolaus, iudex terrester  
in Ducatu Masoviae, 25.  
**CZERVENSIS** abbas v. Lewicki Ioan-  
nes.  
**CZERWIŃSK** (Szerwinski), villa et  
abbatia ab Vistulam, 83, 85.

## D

**DĄBRÓWNO** (Gilgenburgk), opp. in  
Ducatu Prussiae, 103.  
**DANIA** (Dennemarcken), 132, 134.  
**DANTISCUS** Ioannes, ep. Varmiensis,  
165.  
**DANZIG, DANTZIG** v. Gedanum.  
**DAVID** Lucas, consil. et orator ducis  
Alberti, 130, 164.  
**DEMBIŃSKA**, Barbara v. Przyłuska  
Barbara.  
**DENNEMARCKEN** v. Dania.  
**DERAŃIA**, pagus in Podolia, 117.  
**DERLA, DERLE, DERLEN** v. Tarlo.  
**DEUTSCHLAND, DEUDSCHLAND,**  
Deutschland v. Germania.  
**DIEBES** Georgius, a, cap. Rinensis,  
108.  
**DOBROZYKOWSKI** Ioannes, succamera-  
rius Plocensis, 39, 135.  
**DOHNA** Petrus, baro a, cap. Morun-  
gensis, 79.  
**DOMANOWSKI** Ioannes, praepositus  
Vilnensis, 115.  
**DOROTHEA**, 1. uxor Alberti ducis in  
Prussia († 1547), 101, 103.

**DUDLEY** Ioannes, comes a Warwick,  
protector Regni Angliae, 114, 133,  
135, 159.  
**DZIADUSKI** Ioannes, ep. Premislien-  
sis, 164.  
**DZIAŁDOWO, DZIALDOVIENSIS** v. Sol-  
davia.  
**DZIAŁYŃSKI** Raphael, cap. Brodni-  
censis, 158.  
**DZIECZEWNY** Petrus, 23.  
**DZIERZGOWSKI** (Dziergouffski) Ioan-  
nes, pal. et vicesgerens Masoviae,  
121.  
**DZIERZGOWSKI** Nicolaus, archiep.  
Gnesnensis, 48, 49, 51, 52, 164.

## E

**EDUARDUS VI** rex Angliae, 61, 64, 70,  
71, 75, 96, 113, 114, 119, 128, 133,  
135, 159.  
**EICHLER** Ioannes, consul Cracovien-  
sis, 12.  
**EISACK** (Eysack) Michael, cap. Lic-  
censis, *postea* Stradaunensis, 81,  
147.  
**ENGELANDT, ENGLAND, ENGLANDT** v.  
Anglia.  
**ERICUS** dux Brunsvicensis, 110.  
**EULENBURG** Boleslaus, baro ab, cap.  
in Bartenstein, 79.  
**EYFFLAND** v. Livonia.

## F

**FEIERABENT** Augustinus, subditus  
ducis Alberti, 151.  
**FEIERABENT** Henricus, iuvenis, 16.  
**FERANDINA**, dux de, 29, 30.  
**FERDINANDUS I** rex Romanorum, 8-  
10, 19-22, 30, 31, 43, 51, 62, 63,  
71-3, 119, 122, 124, 131, 132, 139,  
146, 147.  
**FINCK** Albertus, subditus ducis  
Alberti, 158, 161.  
**FINCK** Sebastianus, 160.  
**FRANCIA, FRANCKREICH, FRANTZOS** v.  
Gallia.  
**FRANCISCUS** (der polnische Franck),  
tabellarius, 58, 107.

FRICIUS v. Modrzewski.  
FRISIA Orientalis, 64, 104.  
FRYDRYCHOWSKI v. Heiden.  
FÜRSTENBERG (Furstenbergk) Gulielmus, comes a, 128.

## G

GALLIA (Francia, Franckreich), Gal-lus (Frantzos), 25, 70, 91, 96, 104, 105, 114, 128, 131-33, 159.  
GANS (Ganss) Balthasar, secr. ducis Alberti, 88, 114.  
GEDANUM (Danczig, Dantzig), Gedanensis, 23, 26, 53, 57, 80, 91, 101, 128, 129, 133, 134, 138, 170.  
GEORGIUS, civis Osterodensis, vitrearum fenestrarum concinna-tor, 117.  
GEORGIUS FRIDERICUS, marchio Brandenburgensis, 41, 42.  
GERMANIA (Deutschland, Deudschat-land, Deutzschland), Germanus, Germanicus (Deutsch, Deutzsch), 24, 43, 44, 56, 57, 71, 109, 117, 128, 131, 134, 136, 137, 143, 151, 158.  
GIESE Tidemannus, ep. Varmiensis, 73.  
GILAWSKI v. Ilowski.  
GILGENBURGK v. Dąbrówno.  
GIŻYCKO v. Lötzen.  
GLICZNER Nicolaus, parochus Ortels-burgensis, 151.  
GNESNENSIS, 48, 51, 164.  
GNIESPECK v. Kniespeck.  
GNOJEŃSKI (Gnoienski) Christophorus, 138, 139.  
GNOJEŃSKI (Gnoinsky, Gnoyenski) Prelaus (Przetzlawus), cap. Gro-decensis, aulicus regius, 126, 144-5.  
GOTSCHE Thomas, subditus ducis Alberti, 25.  
GÓRKA (comes de Gorca, Gorckau, Gorckaw) Andreas, cast. Posna-niensis, Maioris Poloniae cap. generalis, 16, 27, 28, 43, 45, 48, 51, 52, 59, 68, 81, 88-90, 93, 102, 103, 122, 123, 125, 131, 132, 155, 160, 162, 164.  
GRABIA Nicolaus, cast. Chelmensis, R.P. vicecanc., 29, 64.

GRADOWSKI Ioannes, vicecap. Cau-nensis, 30, 31, 41.  
GRAECI, 7.  
GRALEWSKI Martinus, 118.  
GRODECENSIS, 144, 196.  
GRODNICA (Grodnitz), 140.  
GRONINGA, 64.  
GRUNER Ioachimus, servitor Gulielmi archiepiscopi Rigensis, 160.  
GUISE Carolus, de, card. Lotharin-giae, 128.  
GULIELMUS marchio Brandenbur-gensis, archiep. Rigensis, 111, 115, 117, 160.  
GUSTAVUS I rex Sueciae, ,15.

## H

HAMBURGUM (Hamburgk), 133.  
HASSIA (Hessen), 31, 42.  
HEIDEN FRYDRYCHOWSKI Ioannes, servitor Bernardi Pretwicz, 17, 18.  
HEIDENSTEIN Bernardus, civis Regiomontanus, 26.  
HENRICUS dux Brunsvicensis et Luneburgensis, 141-44.  
HENRICUS II rex Galliae, 22, 70, 71, 91, 96, 114, 131-33, 135, 159.  
HERMENSDORFF Martinus, civis Regiomontanus, 29.  
HERMERSNDORFF, vidua Martini, 17, 29.  
HESSEN v. Hassia.  
HESS (Hessus) Andreas, armamento-rum praefectus et architectus ducis Alberti, 52, 94.  
HISPANI (Spanier), Hispanicus, 23, 91, 131, 132.  
HOHENSTEINENSIS, 160, 164.  
HORNING Petrus, civis Vratislavien-sis, 151.  
HOSIUS (Osius) Stanislaus, ep. Cul-mensis, 19, 20, 29, 30, 42, 43, 51, 68, 71-3, 103, 139, 146, 147.  
HOSIUS Ulricus, teloneator Caunen-sis, frater Stanislai, 26, 98.  
HUNGARIA (Ungaria, Ungern), Hun-garicus (Ungaricus), 76, 82, 89, 102, 132, 136, 138, 151, 161.

I

- ŁOWSKI (Gilawski) Alexander, cast. Zakroczymensis, 23.  
INSTBURGUM, Insterburgensis, opp. in Ducatu Prussiae, 54, 56, 162.  
IOACHIMUS II elector Brandenburgensis, 28.  
IOANNES (Johansen) marchio Brandenburgensis, frater Ioachimi II electoris, 28, 29, 141-43.  
IOANNES FRIDERICUS elector Saxoniae, 90, 91.  
IOHANNISBURGUM (Johannspurgk, Pisch, Piszy), Iohannisburgensis (Johansburgensis, Pissiensis, Piznensis), arx in Ducatu Prussiae, 24, 71, 73-6, 79-81, 92, 95, 98, 120, 130, 147.  
ITALIA, Italicus, 29, 30, 137.  
IUDAUS (der Jude), 103.  
IULIUS III papa, 132, 133, 135.  
IZDBIENSKI Benedictus, ep. Posnaniensis, 164.

J

- JABŁOŃSKI Ioannes, 69, 140.  
JARAND v. Brudzewski.  
JOHANNSPURGK, JOHANSBURGENSIS v. Iohannisburgum.  
JONAS Christophorus, iuris doctor, consil. ducis Alberti, 78, 80, 164.  
JUDE, v. Iudeus.  
JURBORGENSIS, 129, 162.

K

- KACZKOWSKI (Catzkausky) Caspar, rothmagister, 112.  
KANNACHER Martinus, burggravius Regiomontanus, 130.  
KAYMEN, opp. et capitaneatus in Sambia, 164.  
KETTING Lucas, civis Gedanensis, 23.  
KIEŻGAJŁO Stanislaus, a Kroże, M.D.L. dapifer, 16, 125, 129, 130.  
KMITA Petrus, pal. Cracoviensis, R.P. marscascus, 69, 164.

KNIESPECK (Gniespeck) Florianus, 169.

KNIPPER Benedictus, 16.

KNOBELSDORFF (Knoblochsdorff) Fridericus, servitor Georgii Friderici, marchionis Brandenburgen sis, 42.

KODRITZ (Codritz, Kodericz) Wolfgangus, consil. et orator ducis Alberti, 79, 80, 87, 101, 106.

KOMAJEWSKI Ioannes, marsc. regius, 53, 129.

KONARSKI (Conarski) Christophorus, «factor» ducis Alberti, 30, 46, 109, 110, 114.

KOPPEN Matthias, civis Gedanensis, 23.

KOSELER Martinus, iuvenis, 138.

KOSMACZEWSKI Cherubinus, nob., subditus ducis Alberti, 115.

KOSOBRODZKI (Cossobrotzki) Iacobus, Masovita, 141, 146.

KOSTKA Stanislaus, pal. Pomera niae, thesaurarius terrarum Prus siae, 46.

KOŚCIELEC v. Srzeńska Barbara.

KOTKOWITZ v. Chodkiewicz Hieronymus.

KRACAW, KRAKAW v. Cracovia.

KREITZEN (Creutzen) Ioannes, a, canc. ducis Alberti, 163, 164, 169, 170.

KREITZEN Volfius (Wolfgangus), a, cap. Osterodensis, 103.

KRETKOWSKI Silvester, cast. Bydgo stiensis, 138.

KROSTEN Martinus, cap. Iohannis burgensis, 130.

KROŻE v. Kieżgajło Stanislaus.

KRUGEL Hieronymus, civis Craco viensis, 104.

KUGGE Ioannes, subditus ducis Alberti, 170.

KÜSTRIN v. Custrinum.

L

LANCICIENSIS, 158, 160, 161.

LANCKAU Anna, uxor Conradi, 16.

LANCKAU Conradus, civis Cnipavien sis, 16.

LANGE Matthias, civis Gedanensis, 23.

LASCO, LASKI, LASSKI etc. v. Łaski.  
LATALSKI Januarius, pal. Posnaniensis, 89, 90.  
LATINUS, 49.  
LEHENDORFF Caspar, a, cubicularius ducis Alberti, 16, 48, 68, 81, 94, 155.  
LEHENDORFF Melchior, a, servitor ducis Alberti, 68.  
LEOPOLIENSIS, 158.  
LESNIEWSKI (Leśniewski, Lesniowski, Liesniowsky, Liesniefczky etc.) Ioannes, orator card. Ottonis Truchsess, 39-41, 46-8, 51, 52, 58, 59.  
LETZEN v. Lötzten.  
LEWALDT Antonius, cap. Licensis, 147.  
LEWICKI Andreas, frater Ioannis, abbatis Czervensis, 16.  
LEWICKI Ioannes, abbas Czervensis, 83, 85.  
LICENSIS (Licensis), 81, 116, 147.  
LIESNIOFCZKY, LIESNIAWSKY v. Leśniowski.  
LITHUANIA (Lituania, Littawen, Litten), Lithuanicus (Littawisch), 32, 57, 65, 68, 112, 149, 152, 165, 166, 168.  
LIVONIA (Eyffland), 57, 71, 115, 117, 148, 149.  
LOHMÜLLER Ioannes, magister, consil. ducis Alberti, 126.  
LOITZ v. Loytz.  
LOMSENSIS, 74, 80, 81, 98-100, 116, 147.  
LOTHARINGIA (Loteringia), 128.  
LOTZEN (Letzen, Giżycko), opp. in Ducatu Prussiae, 68-71.  
LOVITZ v. Łowicz.  
LOYTZ (Loitz) Michael, civis Gedanensis, 26.  
LOYTZ (Loitz) Simon, civis Gedanensis, 26, 46, 80.  
LUBECA (Lübeck, Lubeck), Lobecenses, 148, 149.  
LUNEBURGUM (Lüneburg, Lunenburg), Luneburgensis, 110, 144.  
LYSANDER, Spartanus, 7.

## Ł

ŁAPANOWSKI Georgius, adolescens, 92.

ŁASKI (de Lasco, Lasko, Laski, Laski, Lassky etc.) Ioannes, reformato, 56, 57, 60, 61, 63, 64, 73-5, 80, 104, 113, 119, 128, 132, 133, 135, 159.  
ŁASKI (Laski, Lasski) Stanislaus, pal. Siradiensis, 21, 22, 71, 73, 113.  
ŁOWICZ (Lovitz), opp. in Masovia, 84, 85.

## M

MACHWITZ Ioannes Albertus, subdatus Alberti iunioris, marchionis Brandenburgensis, 44, 45.  
MACIEJOWSKI Samuel, ep. Cracoviensis, R.P. canc., 19, 29, 41, 45, 47, 50, 64, 67, 82, 85, 87-90, 114, 118, 132, 134, 135, 139, 147, 150, 156, 162, 163, 165, 166, 168.  
MAIOR POLONIA v. Polonia Maior.  
MALITZ, vidua, 23.  
MANSFELT, comites a, 104, 105.  
MANSFELT (Mansfeld, Mansfeldt) Volradus, comes a, 80, 133, 150, 155.  
MARCUS, servitor Bernardi Pretwicz, 81.  
MARIA Tudor, 75, 114.  
MARIENBURGUM (Marienburgk), Marienburgensis (Margenpurgisch), arx in Prussia Regali, 6, 8, 10, 71, 73, 87, 88, 118, 119, 121, 143, 150.  
MARTINUZZI v. Utišenović.  
MASOVIA (Mazovia), Masovitae (Mazovitae), Masoviensis, 25, 92, 97-100, 108, 117, 120, 121, 127, 141, 146.  
MECHOWA v. Miechovia.  
MEMEL, MEMELENSIS v. Cleipodia.  
MESERITZ v. Międzyrzecz.  
MIECHOVIA (Mechowa, Miechów), opp. in Polonia Minore, 166.  
MIĘDZYRZECZ (Meseritz), opp. in Polonia Maiore, 110.  
MIMELENSIS v. Cleipodia.  
MODRZEWSKI Andreas Fricius, 116.  
MOLLER Ioannes, 115.  
MONTIUS Ludovicus, Mutinensis, 29, 49, 50, 96.

MONTMORENCY Annas, Galliae come-  
stabilis, 25, 159.  
MONTZER *v.* Muntzer.  
MORUNGENSIS, 79.  
MOSCOVITA (Muscovitter), 149.  
MUNTZER (A.M., Montzer) Andreas,  
secr. ducis Alberti, 22, 30, 37, 40,  
41, 47, 49, 50, 56, 57, 60, 61, 63,  
66, 73, 75, 78, 79, 86, 94, 99, 101,  
103, 109, 115, 119, 121, 127, 128,  
132, 139, 144, 145, 147, 150, 153,  
156, 158, 163, 166, 169, 170.  
MUSCOVITTER *v.* Moscovita.  
MUTINENSIS *v.* Montius Ludovicus.

## N

NAPRETZKI Andreas, tenutarius regi-  
nae Bonae in Grodnica, 140.  
NEAPOLITANUS, 12.  
NEIDENBURGUM (Neidenpurgk, Ney-  
denpurgk, Nidzica), Neidenbur-  
gensis, arx et capitaneatus in  
Ducatu Prussiae, 3, 4, 10, 11, 120.  
NEUHAUSEN (Newhaus, Nova Arx),  
arx in Sambia, 31, 36, 52, 58, 59,  
167.  
NIDZICA *v.* Neidenburgum.  
NIMPSCH Ioannes, cubicularius ducis  
Alberti, 151.  
NOSKOWSKI Andreas, ep. Plocensis,  
146, 153, 164.  
NOSTITZ Caspar, a, consil. ducis  
Alberti, 106.  
NOVA ARX *v.* Neuhausen.

## O

OBORNICKI Gregorius, subditus  
regius, 160, 161, 164.  
OBORSKI Paulus, 69.  
OBRZYCKI (Obritzky), 120.  
OCHABSKI Nicolaus, 145.  
OCIESKI (Ocziefski) Ioannes, magi-  
ster curiae reginae Bonae, *postea*  
R.P. vicecanc., 12, 166, 168.  
ODROWĄŻ (fraw Odrowaschin) Anna,  
e ducibus Masoviae, 17, 18, 92,  
161.

ODROWĄŻ Stanislaus, pal. Russiae  
(† 1545), 18.  
OELSNITZ Christophorus, ab, cap.  
Pissensis (Iohannisburgensis), 24.  
OELSNITZ (Olsnitz) Fridericus, ab,  
marsalcus ducis Alberti, 53, 54,  
56, 103, 161.  
ÓŁYKA, 30.  
ORDO THEUTONICORUM *v.* Theutoni-  
corum Ordo.  
ORSECOFFSKI *v.* Orzechowski.  
ORTELSBURGUM (Ortelsburgk, Ortels-  
purgk, Szczyno), Ortelsburgen-  
sis, opp. in Ducatu Prussiae, 73,  
74, 151, 152.  
ORZECHOWSKI (Orsecoffski) Ioannes,  
succamerarius Chelmensis, 112.  
OSIUS *v.* Hosius.  
OSTRÓDA (Osterode, Osterrode),  
Osterodensis, opp. et capitanea-  
tus in Ducatu Prussiae, 23, 24,  
103, 117.

## P

PAGETUS Gulielmus, canc. regis  
Angliae, 60, 61, 133, 135.  
PASSENHEIM (Pasym), opp. in  
Ducatu Prussiae, 151, 152.  
PAULUS III papa, 8, 10, 32, 33, 36, 59.  
PELKEN Ioannes, a, civis Gedanen-  
sis, 91.  
PERSKA Petrus, 130.  
PETRICOVIA (Petrikaw, Petterckaw,  
Petterkaw, Pietrocovia), 13, 59,  
131, 136, 139.  
PHILIPPUS landgravius Hassiae, 31,  
42.  
PIETROCIVIA *v.* Petricovia.  
PISCH, PISZ, PISSIENSIS, PIZNENSIS *v.*  
Iohannisburgum.  
PLOCENSIS, 39, 69, 74, 80, 83, 88, 94,  
97-100, 108, 127, 130, 135, 146,  
148, 152, 153, 156, 164.  
PŁONSK (Plunski), opp. in Masovia,  
83, 85.  
PODOLIA, 69, 116.  
PODOWSKI Nicolaus, iudex terrester  
in Ducatu Prussiae, 25.  
POHIBEL (Bohibel, Bohiwel, Bohy-  
bel) Bernardus, secr. Gabrielis  
Tarlo, 4, 27, 31, 92, 136.

- POLANGEN (Połaga), Polangensis,  
opp. et bona in Samogitia, 22,  
117.
- POLE Reginaldus, card. 133, 135.
- POLICKI (Politki) Ioannes, servitor  
ducis Alberti, 11, 45, 53, 91, 107,  
112, 116, 156.
- PÓLMAN Albertus, notarius Regio-  
montanus, 165.
- POLONIA, POLONI, *passim*.
- POLONIA MAIOR, 16, 28, 43, 48, 51, 81,  
93, 155.
- POMERANIA, 92.
- POMESANIENSIS (Pomezaniensis),  
151, 152; *v.* Speratus Paulus.
- POPPEN *v.* Spychowo.
- POSNANIA (Bosen, Posen, Posnaw),  
Posnaniensis, 16, 27, 28, 43, 45,  
48, 51, 59, 68, 81, 89, 90, 93, 102,  
103, 107, 109, 112, 122-5, 131,  
155, 160, 162, 164.
- PRABUTY *v.* Riesenborgum.
- PRAGA, 169.
- PRANT *v.* Brandt.
- PREMISLIENSIS (Praemisiensis), 121,  
142, 164.
- PRETWICZ (Bretwitz, Pretwitz) Ber-  
nardus, cap. Baren sis, 17, 18, 44,  
45, 78, 81, 95, 117, 149, 161.
- PREUSS Erasmus, subditus ducis  
Alberti, 170.
- PRILUSIUS *v.* Przyłuski.
- PRUSSIA, PRUTHENUS etc. *passim*.
- PRZASNYSZ, opp. in Masovia, 117.
- PRZEROŚL (Przerosla, Przeroslau),  
locus in Ducatu Prussiae, 76, 78,  
80, 81.
- PRZETZLAWUS *v.* Gnojeński Preclaus.
- PRZYŁUSKA Barbara, nata Dembińska,  
uxor Iacobi Przyłuski, 122.
- PRZYŁUSKI (Prilusius) Iacobus, nota-  
rius castri Premisiensis, 121, 142.
- PUCENSIS districtus, 130.
- RAGNETA (Rangnet), Ragnetensis,  
arx in Ducatu Prussiae, 56-8, 63-  
7, 125, 129, 162.
- RANISCH Thomas, civis Regiomonta-  
nus, 98.
- RAVENSIS, 54.
- REGIOMONTANA Universitas, 113.
- REGIUS MONS (Königsberg, Konigs-  
pergk), Regiomontanus, *passim*.
- REKOWSKI *v.* Rokowski.
- RIESENBURGUM (Risenburgk, Prabu-  
ty), Riesenburghensis, opp. in  
Pomesania, 27, 28, 43.
- RIGENSIS, 115-17, 160.
- RINENSIS, 108.
- RIPP Andreas, cap. in Kaymen, con-  
sil. ducis Alberti, 164.
- RISENBURGK *v.* Riesenborgum.
- ROGALA (Rogalle), nobilis, subditus  
ducis Alberti, 75, 92.
- ROGALE (Rogalla), villa in districtu  
Iohannisburgensi, 98, 108.
- ROKOWSKI (Rekowski, Rocowski),  
nobiles, 108.
- ROMA (Rom, Romb), Romanus (Ro-  
misch), 3, 4, 8, 9, 19-21, 30, 43, 51,  
62, 63, 71, 72, 119, 122, 124, 131,  
139, 146.
- ROMANORUM REX *v.* Ferdinandus I.
- ROR Melchior, a Roraw, avunculus  
Bernardi Pretwicz, 18.
- RUSSAU Albertus, subditus ducis  
Alberti, 145, 148.
- RUSSIA, 18, 80.

## S

- SAMOGITIA (Samogithia), Samogitiae,  
19, 22, 25, 36, 37, 52, 53, 65-7, 80,  
112, 117, 126, 129, 140, 142, 146,  
170.
- SANDOMIRIENSIS, 3, 4, 10, 13, 26, 31,  
38, 41, 58, 61, 86, 90, 101, 103,  
116, 118, 130, 148, 150, 153, 166.
- SATZETSKI, subditus reginae Bonae,  
Masovita, 95.
- SAZETZKI *v.* Zazetzki.
- SAXONIA, 91.
- SCHILLING Iostus, mercator Craco-  
viensis, 104.
- SCHIRSINSKA *v.* Zerzyński.
- R
- RADZIWIŁŁ Nicolaus «Niger», dux in  
Ołyka et Nieśwież, M.D.L. marsc.,  
30.
- RADZIWIŁŁ Nicolaus «Rufus», pal.  
Tro-  
censis, pocillator M.D.L., 115, 116.

- SCHMIDT** Hermannus, mercator Gedanensis, 23, 129.  
**SCHRUCKEN v.** Szreńsk.  
**SCHULTZ** Gregorius, secr. ducis Alberti, 18, 38, 112.  
**SCHUTZBAR** Wolfgangus, magister Ordinis Theutonicorum, 57, 58.  
**SCHWABE** Georgius, subditus ducus Alberti, 129.  
**SCHWEDE** v. Suecia.  
**SCHWEICKSNO, SCHWEYKSNO v.** Szweksznie.  
**SCHWIRNAWITZ v.** Skiernewice.  
**SCOTI** (Schotten, Scotten), 133.  
**SECLUCIANUS** (Seclutianus) Ioannes, concionator Polonus in Regio Monte, 98, 107.  
**SECYGNIOWSKI** (Setzygnowski, Zegniewski, Zegniowski) Iacobus, 131, 132, 138, 139, 157.  
**SIENIAWSKI** Nicolaus, pal. Belsensis, 44, 45.  
**SIENIAWSKI** Procopius, dapifer Leopoliensis, 11, 158.  
**SIEPRSKI** Andreas, pal. Revensis, 54.  
**SIGISMUNDUS I** rex Poloniae († 1548), 20, 22.  
**SIGISMUNDUS AUGUSTUS** rex Poloniae, *passim*.  
**SILESIA**, 160.  
**SILINSKE v.** Ciełecin.  
**SIRADIENSIS**, 22, 71, 113.  
**SKIERNIEWICE** (Schwirnawitz, Squirnowitz, Squirnowitza), opp. 83, 85, 87, 88, 83, ,94.  
**SŁONCZEWSKI** Leonardus, ep. Camenensis, 164.  
**SOBEK** Stanislaus, 42.  
**SOCHACZEW** (Tsachatschowa), opp., 83, 85.  
**SOCOLLEN**, villa in Ducatu Prussiae, 120.  
**SOCOLLI**, nobiles, 120.  
**SOLDAVIA** (Soldau, Działdowo), Soldaviensis (Dzialdoviensis), opp. in Ducatu Prussiae, 11, 79, 80, 83, 87, 115, 141, 163, 164.  
**SOLIMANUS II** imperator Turcarum, 135.  
**SOPHIA** reginula, soror Sigismundi Augusti regis Poloniae, 24, 142.  
**SPANIER v.** Hispani.  
**SPERATUS** Paulus, ep. Pomesanensis, 151, 152.  
**SPIILLE** Ioannes, 146.  
**SPYCHOWO** (Boppen, Poppen), locus in Ducatu Prussiae, 73, 74, 78, 79, 81, 82, 85, 86, 90-101, 103, 104, 106-10.  
**SQUIRNOWITZ, SQUIRNOWITZA v.** Skiernewice.  
**SRZEŃSK v.** Szreńsk.  
**SRZEŃSKA** Barbara, de Kościelec, pal. Plocensis, 69, 148.  
**SRZEŃSKI** (Srzinski) Felix, pal. Plocensis, cap. Marienburgensis, 83, 85, 87, 88, 94, 97, 99, 100, 127, 130, 146, 152, 153, 156.  
**STADNICKI** (Stadnisky) Matthaeus, 51, 52.  
**STANICKI** (Stanitzky), tabellarius, 87.  
**STANKIEWICZ** Ioannes, 37.  
**STAPHYLUS** (Staphilus) Fridericus, theologus, 36-8, 43.  
**STENDRICH** (Stendtrich) Henricus, scriba Cancellariae ducis Alberti, 44, 74, 104, 107, 108.  
**STOPPELBERG** Georgius, nobilis, 115, 116.  
**STRADAUNENSIS**, 81, 116, 147.  
**STRASSBURG, STRASBURG v.** Brodnica.  
**STRZYNA**, pagus, 112.  
**SUECIA** (Schweden, Sweden), 15.  
**SZCZYTNO v.** Ortelsburgum.  
**SZERSSENSKA v.** Zerzyński.  
**SZERWINSKI v.** Czerwińsk.  
**SZREŃSK** (Srzinski, Srzeńsk), 83, 85, 87, 88.  
**SZWEKSZNIE** (Schweicksno, Schweiksno, Schweyksno), opp. in Samogitia, 65-7, 125.

## T

- TAPIAU**, Tapiensis, arx in Ducatu Prussiae, 53, 154, 164.  
**TARŁO** (Derla, Derle, Derlen, Therla, Therlau, Therlaw etc.) Gabriel, vexillifer Sandomiriensis, cap. Chelmensis, 3, 4, 10, 13, 26, 27, 31, 33, 35, 38, 39, 41, 42, 58, 61, 86, 90, 101, 103, 110, 116, 118, 130, 148, 150, 152, 166, 168.  
**TARNOWSKI** (comes de Tarnau) Ioannes, cast. Cracoviensis, exercituum

- R.P. cap. generalis, 82, 88-90, 97, 134, 135, 147, 164.
- TARNOWSKI Spytko, cast. Wojnicensis, R.P. thesaurarius, 118.
- TARTARI (die Tadthern, Tathern, Tatter), 17, 78, 92-4, 97, 113, 114.
- TECZYŃSKI Ioannes (comes a Thantzin), 164.
- THEGE Franciscus, doctor, consil. ducis Alberti, 56.
- ATHERLA, THERLAU, THERLAW *v.* Tarlo.
- THEUTONICORUM Ordo, 20, 57.
- TILSA (Tilsen), Tilsensis, arx et capitaneatus in Ducatu Prussiae, 60-3, 126.
- TROCHSES *v.* Truchsess Conradus.
- TROCENSIS, 16, 19, 22, 25, 36, 50, 52, 53, 80, 112, 115, 117, 126, 129, 140, 170.
- TROSKI (Trosky) Ludovicus, adole-scens, 128.
- TRUCHSESS (Trochses, Truchsces) Conradus, servitor ducis Alberti, 19, 153.
- TRUCHSESS Fridericus, baro in Waldburg, 164.
- TRUCHSESS Otto, card. Augustanus, 8, 10, 32, 36, 39-41, 47, 52, 58, 143, 144, 149, 154, 168.
- TSACHATSCHOWA *v.* Sochaczew.
- TURCAE, Turcicus, 97, 121, 122, 135, 138, 149.
- TYKOCIN, opp. regium, 50.

## U

- UCHAŃSKI Iacobus, R.P. referenda-rius, 91, 107, 108.
- UDALRICUS (Ulricus) dux Wirtembergensis, 128, 135.
- UNGARIA, UNGERN *v.* Hungaria.
- UTIŠENOVIC Martinuzzi Georgius, ep. Varadiensis, Regni Hungariae thesaurarius, 131, 132.

## V

- VALACHI, 121, 122.
- VARADIENSIS, 132.
- VARMIENSIS (Warmiensis), 73, 165.

- VARSAVIA, Varsaviensis, 74, 80, 98, 100, 170.
- VELTSTEDTEN Reinholdus, civis Gedanensis, 26.
- VILMANSDORFF *v.* Wilmansdorff.
- VILNA (die Wilde, Wylde), Vilnensis, 26, 32, 42, 53, 65, 115.
- VISNENSIS, 24, 75, 92, 98, 99.
- VISTULA, flumen, 83.
- VLADISLAVIENSIS (Wladislaviensis), 164.
- VOLSKY *v.* Wolski.
- VOLWORS *v.* Wolbórz.
- VRATISLAVIA, Vratislaviensis (Wratislaviensis), 151, 165.

## W

- WALDBURG *v.* Truchsess Fridericus.
- WARMIENSIS *v.* Varmiensis.
- WARWICK *v.* Dudley.
- WĘGORZEWO *v.* Angerburgum.
- WEIER Georgius, ducis Alberti sta-buli praefectus, 127.
- WERDEN Ioannes, a, iunior, cap. Novensis, 15, 138, 139.
- WEYNSAM *v.* Wunsam.
- WIERZBICKI Venceslaus, ep. Samogitiæ, 126.
- WILDE *v.* Vilna.
- WILKI, militiae Ordinis Theutonico-rum praefectus, 57.
- WILL Ioannes, scriba Cancellariae ducis Alberti, 122.
- WILL (Wilde) Leonardus, civis Gedanensis, 53.
- WILMANSDORFF (Vilmansdorff) Andreas, a, cap. Soldaviensis, consil. ducis Alberti, 11, 79, 83, 85, 115, 163.
- WIRTEMBERG, WIRTEMBERGENSIS *v.* Württemberg.
- WISCHEGRAT, WISSCZEGRAT *v.* Wyszo-gród.
- VLADISLAVIENSIS *v.* Vladislaviensis.
- WODZIŃSKI Stanislaus, adolescens, 38.
- WOJSŁAWICE *v.* Cikowski.
- WOJSŁAWSKI Ioannes, can. Plocensis et Varsaviensis, notarius Lomzen-sis, 74, 80, 98, 100.

WOLBÓRZ (Volwors), opp. prope Petricoviam, 84, 85.  
WOLFENBÜTTEL (Wolfenbutel), opp. in Ducatu Brunsvicensi, 144.  
WOLSKI (Volsky) Martinus, aulicus regius, nuntius reginae Bonae, 141, 143.  
WOŁŁOWICZ Ivanus, 151.  
WÜRTTEMBERG (Wirtenberg), Württembergensis, 128, 132, 134.  
WUNSAM (Weysam) Ioannes, civis Cracoviensis, 12, 36, 76, 82, 96, 106, 110, 111, 118, 125, 140, 151, 161, 169.  
WYLDE *v.* Vilna.  
WYSZOGRÓD (Wischegrat, Wisscze-grat), opp. ad Vistulam, 83, 84, 85.

Z

ZACIECZKI, pagus, 89.

ZAZETZKI (Satzeczki, Sazetzki), nobiles, 108, 120, 121.  
ZBOROWSKI (Zborawski) Martinus, pal. Calissiensis, 164.  
ZCEMA *v.* Czema.  
ZEBRZYDOWSKI Andreas, ep. Vladislaviensis, 164.  
ZEGNIEWSKI, ZEGNIOWSKI *v.* Secygniowski.  
ZEMA *v.* Czema.  
ZERZYŃSKI (Schirsinska, Szerssenska) Ioannes, 53.  
ZIELENZIG *v.* Ciełecin.  
ZIKOUFSKI *v.* Cikowski.  
ZISEMANN Ioannes, subditus ducis Alberti, 152.  
ZIENOWICZ Georgius, 53.

Ż

ŻELISŁAWSKI Franciscus, internun-tius regis Poloniae, 11.

FINITO DI STAMPARE CON I TIPI DELLA  
TIP. EDIGRAF - ROMA - TEL. 8271694  
NEL MESE DI GENNAIO 1986

ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES (CONT.)

- XIX — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, VI pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VIII+429, 121 doc. (A.D. 1556-1620), 4 tab., 1968.
- XX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, II pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA et G. STEEN JENSEN, 266 doc. (A.D. 1577-1696), 4 tab., pp. VI+324, 1969.
- XXI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, VII pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, 187 doc. (A.D. 1491-1696), 2 tab., pp. VIII+262, 1970.
- XXII — *Documenta Polonica ex Archivo Parmensi*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et W. WYHOWSKA DE ANDREIS, doc. 183 (A.D. 1535-1588), pp. VIII+210, 2 tab., 1970.
- XXIII — A. *Documenta Polonica ex Archivo Parmensi*, II pars. Doc. NN. 184-319 (A.D. 1598-1772), B. *Documenta Polonica ex Archivo Capitulari in Brisighella*. 63 doc. (A.D. 1578-1588), Ed. V. MEYSZTOWICZ et W. WYHOWSKA DE ANDREIS, p. 297, 2 tab., 1970.
- XXIV — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, III pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA et G. STEEN JENSEN, 152 doc. (A.D. 1419-1564), pp. VIII+301, 4 tab., 1971.
- XXV — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, IV pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA et G. STEEN JENSEN, 78 doc. (A.D. 1563-1572), 6 tab., pp. VIII+248, 1971.
- XXVI — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS, 145 doc. (A.D. 1559-1589), 4 tab., pp. VIII+320, 1972.
- XXVII — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino*, II pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS, 262 doc. (A.D. 1589-1612), pp. VIII+377, 1972.
- XXVIII — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino*, III pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS, 205 doc. (A.D. 1613-1626), 4 tab., pp. VIII+376, 1972.
- XXIX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, V pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA et G. STEEN JENSEN, 139 doc. (A.D. 1578-1630), 5 tab., pp. VIII+376, 1972.
- XXX — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, I pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA, 447 doc. (A.D. 1525-1548), 9 tab., pp. XV+259, 1973.
- XXXI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, II pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA, 447 doc. NN. 448-854 (A.D. 1549-1562), 7 tab., pp. IX+241, 1974.
- XXXII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, III pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA, doc. NN. 855-1237 (A.D. 1563-1572), 10 tab., pp. VIII+268, 1974.
- XXXIII — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, VI pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA et G. STEEN JENSEN, 140 doc. (A.D. 1632-1699), 5 tab., pp. X+20, 1974.
- XXXIV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, IV pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA, doc. NN. 1-212 (A.D. 1525-1530), 6 tab., pp. XVI+230, 1975.
- XXXV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, V pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA, doc. NN. 213-551 (A.D. 1531-1537), 3 tab., pp. X+228, 1975.
- XXXVI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, VI pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA, doc. NN. 552-761 (A.D. 1538-1542), 3 tab., pp. VIII+227, 1975.
- XXXVII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, VII pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA, doc. NN. 762-1501 (A.D. 1543-47), tab., pp. VIII+256, 1976.
- XXXVIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, VIII pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA, doc. NN. 1052-1215 (A.D. 1548-49), 6 tab., pp. XII+206, 1976.
- XXXIX — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, IX pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA, doc. NN. 1216-1424 (A.D. 1550-53), 4 tab., pp. VIII+226, 1976.
- XL — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, X pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA, doc. NN. 1425-1724 (A.D. 1554-1559), 3 tab., pp. X+226, 1976.
- XLI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XI pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA, doc. NN. 1725-2009 (A.D. 1560-1566), 4 tab., pp. VIII+226, 1977.
- XLII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XII pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA, doc. NN. 2010-2220 (A.D. 1567-1572), 4 tab., 1977, pp. X+196, 1977.
- XLIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XIII pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA, doc. NN. 1-269 (A.D. 1534-1565), 4 tab., pp. VIII+228, 1978.
- XLIV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XVI pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA, doc. NN. 1-156 (A.D. 1546-1567), 3 tab., pp. VIII+190, 1978.
- XLV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XV pars., Ed. C. LANCKORÓNSKA, doc. NN. 1-197 (A.D. 1525-1572), 6 tab., pp. X+192, 1977.
- XLVI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XVI pars. Ed. C. LANCKORÓNSKA, doc. 1-72 (A.D. 1525-1535), 4 tab., pp. X+188, 1979.

- XLVII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XVII pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. 173-302 (A.D. 1536-1538), 4 tab., pp. VIII+213, 1979.
- XLVIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XVIII pars. Ed. c. LANCKORONSKA, doc. 303-419 (A.D. 1539-1541), pp. VIII+246, 1979.
- XLIX — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XIX pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. 420-526 (A.D. 1542-1548), 5 tab., pp. VIII+214, 1980.
- L — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XX pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. 527-602 (A.D. 1549-1568), pp. VIII+212, 4 tab., 1980.
- LI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXI pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. 1-258 (A.D. 1525-1528), pp. X+196, 4 tab., 1980.
- LII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXII pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. 259-676 (A.D. 1529-1531), pp. X+284, 1981.
- LIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXIII pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. 677-1081 (A.D. 1532-1534), 2 tab., pp. X+272, 1981.
- LIV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXIV pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. 1082-1379 (A.D. 1535-1536), pp. X+241, 1982.
- LV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXV pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. 1380-1587, (A.D. 1537-38), pp. VIII+190, 1982.
- LVI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXVI pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. 1588-1886 (A.D. 1539-40), pp. X+282, 1982.
- LVII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXVII pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. 1869-2183 (A.D. 1541-1542), pp. VIII+248, 1983.
- LVIII — *Documenta ex Archivo Cardinalis Ioannis Morone ad Polonię spectantia, quae in Archivo Secreto Vaticano asservantur*, I pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. 1-128 (A.D. 1561-1580), pp. IX+251, 1984.
- LIX — *Documenta ex Archivo Cardinalis Ioannis Morone ad Polonię spectantia, quae in Archivo Secreto Vaticano asservantur*, II pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. 1588-1868 (A.D. 1560-1544), pp. IX+195, 1984.
- LX — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXVIII pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. 2184-2480 (A.D. 1543-1544), pp. IX+195, 1984.
- LXI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXIX pars. Ed. C. LANCKORONSKA et L. OLECH, doc. 2481-2828 (A.D. 1545-1546), pp. VIII+149, 1985.
- LXII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXX pars. Ed. C. LANCKORONSKA et L. OLECH, doc. 2829-3281 (A.D. 1547-1548), pp. VIII+277, 1985.
- LXIII — *Res Polonicae ex Archivio Regiomontano*, XXXI pars. Ed. C. LANCKORONSKA et L. OLECH, doc. 3282-3558 (A.D. 1549-1550), pp. VIII+187, 1986.
- LXIV — *Brevia Romanorum Pontificum ad Polonię spectantia*, vol. I (Brevia saeculi XV). Ed. H.D. WOJTYSKA CP, pp. XV+127, 1986.
- LXV — *In praeparatione.*

#### D E P O S I T A R I I :

« International Book Distributors »  
**LIBRERIA**  
 117-120, Piazza Montecitorio  
 00186 ROMA

*Orbis (London Ltd.)*  
 66, Kenway Road  
 London S.W.5

*Institutum Historicum*  
*Polonicum Romae*  
 19, Via Virginio Orsini  
 00192 ROMA